

1653.

1. Bourus, Henricus: De nobilissima et amplissima
appellationum materia.

2. Sinult, Johannes Helvetius: De subordinatione

1654.

Murmann, Johannes: Passatio bonorum praetoria

1658.

Lehlen, Jacobus: De officio et jure obsequentium

1659.

1, 2, 3.: Syben, Huldricus: De constitutione et jure
factorum seu iustorum, Factorem Buchhalterum.

3 Sumpt. 1659, 1684.

1661.

1. Syben, Huldricus: De factoribus et nominatione de actionibus,
quae dantur in praeposentem et factorem ipsum.

2. Lehlen, Jacobus: De neutralitate.

3. Tebr, Johann Otto: De executione rei iudicatae

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a list or ledger, covering the majority of the page.]







20
7/9
DISSERTATIO JURIDICA

DE

CONSTITUTIONE
ET JURIBUS FACTORUM
SEU INSTITORUM,

Factorum / Buchhåtern / ꝛc.

QUAM

DIVINO ANNUENTE NUMINE

PRÆSIDE

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO

P. 219
1659/3
DN. HULDERICO Lyben

U. J. DOCTORE AC PROFESSORE DIGNISSIMO

DN. PRÆCEPTORE AC FAUCTORE SUO
ÆTERNUM VENERANDO

Publicè examinandam proponit

CONRADUS CASPARUS Schuemaker

ALFELDENSIS SAXO.

IN FACTORUM AUDITORIO

Ad diem

GIESSÆ HASSORUM
ANNO M DC LXXXIV.



DISSERTATIO JURIS

CONSTITUTIONE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

DIVINO

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE

REPUBLICAE


REPUBLICAE

I.



CAPUT I.

VICE PROOEMII.


 Uti legitimæ scientiæ studia vulgò commendant, coloribus usuri ad seculi nostri ingenium factis, novissimò ferè locò, quò solent fortissimam manum Rhetorum filii, deplo-
 nunt Justinianeum illud ex *Nov. 4. Epilogo* in argumenti sui fidem suaviter depromptum: *Leges neque in paupertate vivere neque in anxietate mori permittunt.* Et Julii Firmici: *Legum scientiam animum & crumenam implere.* Carmine quoque reddita instillant eadem:

*Dat Galenus opes dat Justinianus honores,
 vel ita*

Dat Galenus opes dat sanctio Justiniana.

Ex illis paleas, ex hisce collige grana.

aut quasi cum pusionibus agerent & iis, qui equitant in arundine longa, ita accinunt:

Fertur equis Baldus fertur Avicenna quadrigis & c.

denique nec Historiarum omittunt documenta: Baldum ex solo juris de substitutionibus articulo ultra quindecim millia ducatorum lucrifecisse, ceu ejus narrationis Schneiduin. ad pr. inst. de vulgar. substitut. testem appellat Rapphaelem Cumanum. Equidem ut taceam nunc, quàm non desideret ars juris hisce cum primis temporibus, ut sophisticis veluti illecebris & declamatoria solertiâ ad nomen ei dandum persuadeamus

A

juve-

2.

juvenes, cum nimis jam tum frequentem, minùs tamen ritè & serio se colentium turbam fastidiat nostra Diva. Et forte non alii magis rei, quàm aurei, quod diximus, argumenti viribus frequentiam istam hodie debemus, uti eadem jam olim in querelarum materiam vertit vel ipsis Britannis toto à nobis, quibus Romanorum nata vel data jura, orbe divisiss vid. Arthurus Duck. *lib. 2. de autor. juris civil. Romani c. 8. part. 2. n. 31. & seq. & part. 3. n. 32.* Certe Imperatori nostro sacratissimo insignis fit injuria nec uno nomine; quippe quæ ipsum de constitutione sua Novella Falcidiæ beneficium in testatorum & hæredum emolumenta simul aptante, omnibus hominibus prædicâsse, genuinus verborum sensus & integræ legis visio declarant: ea inciviliter & haud absque calumnia, vid. *l. penult. ff. ad exhib. l. 24. ff. de legibus*, isthic ad solos Jurisperitos constringuntur, illic ad universum jus ejusve disciplinam promittuntur laxanturque. Nec minori contumelia Jurisprudentiam nostram dehonestat sordidum istud ac illiberale elogium: ut taceamus nunc quàm ab ipsa experientia falsitatis passim convincatur vid. Maynard. *lib. 3. decis. Tbotof. c. 38. D. Limn. 8. l. P. c. 3. n. 24.* (ubi, multi, inquit Professores in fata concedentes, famam quandoque sibi, liberis & familia famem ut plurimum relinquunt) & seqq. ac in *addit. n. 24. & 26.* ubi illi paupertati remedium non à legum scientia, sed ab *Academiarum Patronis* quærit, qui debeant Professoribus non solum de prandio sed etiam de cœna & ita prospicere, ut quotannis aliquid ipsis supersit, quod in arcam possint reponere, quo vel senectuti, vel ipsis morte pereuntibus, conjugum ac libris consultum sit. add. *D. Walther. de statu & privileg. Doctor. cap. 8. §. 42.* Illam equidem artem ceu rem sanctissimam & precio nummario non æstimandam ita reverenter habent juris sacerdotes,

tes, ut vel exinde profanam ei labem metuant, si in iudicio honorem petierint juris civilis Professores *l. 1. §. 5. ff. de var. & extraord. cognit.* Et malè consulti præcones inter quæstiosa nomina censent ac ditescendi instrumenta, etiam tunc, quando eximiis omnino laudibus prudentiam hanc se mactare videri volunt. Quàm autem juventuti, ex fine tali similia media componenti, noxia sit isthæc opinio, quamque per consequentias & magis toti Reipublicæ, quàm ex adverso salubre & præclarum, si illa civilis scientiæ virgo pro reconditis dotibus virtutibusq; suis, quas meliùs forsan novere interioris admissionis familiares, curatiùs ornaretur & sanctiùs coleretur; proderet quidem hic aliqua possemus, nisi rei amplitudo institutique conditio officerent. De cætero non eò accipi velimus hæctenus disputata, ac si non ad divitias etiam quærendas, augendas, servandasque pertineat legumlatio nostra: Imo potius diversa sustinentibus alterutrum evenire fuerit necesse, ut aut *leges aut Reipubl.* nostram malè se habere coarguant. *Leges*, quæ utpote ita non occuparent omnes suas partes, saltem in secundis vel tertiis consistentes, quas inter etiam hæc, ut civitas, cui latæ, opibus locuples, copiis firma sit. *Reipublicam*, cujus scilicet tantum non depositæ indicinam ferunt, quando legum vis evanida & effectus sui potiri nescit. Uti autem *istud* non temerè quis asseruerit: Ita *illud* bonis adversatur principiis, quibus alibi docemur, finem juris nostri esse civilem Imperii Romani beatitudinem, tot numeris absolutam, quot sperare est pro rerum humanarum sorte. conf.

l. 8. in fin. C. de legib. l. 1. C. qui atate se excus. N.

51. N. 111. Leo Imperat. in præm. Novell.

Ad ejusmodi autem Reipub. felicitatem divitias quoque &

A 2

qua-

4

quarumcunque facultatum, sine quibus illa vel subsistere vel defendi nequit, affluentiam pertinere, jam tum diximus. Neque publicas tantum opes loquimur, sed privatas non minus, quarum utrarumque causa adeo existit conjuncta, ut absque hisce illas aut nullas aut non diuturnas esse oporteat: Unde pro collatoribus suis tantopere sollicitatur Divus Justinianus, ceu ex variis eâ gratiâ conditis legibus manifestum. Possemus omnia ista non uno juris nostri argumento sive dilucidare sive affirmare, nisi consilii ratio obsisteret. Id sane in propatulo, utilitati publicæ privatæque ac necessitatibus humanis, tanquam causæ morali retroque fini, leges nostras luculentam partem accepto ferri. vid.

§. 2. Inst. de Jur. N. G. & C. l. 1. §. 2. l. 7. §. 1. l. 11. ff. de just. & jur. l. 51. §. 2. ff. ad leg. Aquil. l. 1. in pr. ff. de exercitor. act. l. 1. de tribut. act. l. 1. §. 4. depositi. l. 1. de contrab. empt. l. 11. de prescript. verb. l. 12. de pignor. & c.

Et hæcenus verum, quod legibus provideatur quoque ne in paupertate vivant homines, ceu sigillatim ex S^Cti Vellejani auxilio constat, quo non alia ex causa subventum esse sequiori sexui, textus accommodi exstant in *l. 1. §. 1. l. 16. pr. l. 21. in pr. ff. ad S^C. Vellejanum*. Item ex Competentiæ, quod vocant, privilegio, cujus effectus, ut non integrum debitum extorqueatur, sed tantum relinquatur debitoribus ne in posterum egeant *l. 19. ff. de re judic. l. 173. ff. de R. I.* Cum primis autem ad illam causam spectat diffusissimus commerciorum tractatus, in quo ita versatur jurisprudentia nostra, ut mercaturæ usum ac vigorem alterâ manu ubique foveat, juvet & frequentem expeditissimumque reddat; alterâ eandem ad justitiæ æquitatisque normam exigat & attemperet. Prius quidem ad utilitates

tes

tes pertinet, quæ ex commerciis omnigenæ in rem privatam
 communemque redundant, de quibus vid. *Benvenuto Straccha de mercator. part. 2. rubr. de statu mercator. n. 16. Scaccia de commerciis & cambio §. 1. q. 1. n. 68. 73.* (ubi inter alia refert *Baldi nostri dictum. Massam mercatorum esse summum bonum & quintum elementum*) *& n. 153. D. Limnaeus lib. 6. juris publ. c. 5. n. 15. D. Klock. in tract. de arar. lib. 2. c. 25. n. 1. & seqq. n. 36. & seqq. ubi n. 40.* cautelas circa hanc rem observandas subjicit. Atque ista quidem in tantum vera, liceat nobis unum hoc addere, ut terras quæ nullò aut rarò mercaturæ calent studiò, plerumq; & publicè & privatim inopià laborare videas. Quod ipsum in causa est, ut tales provinciæ gravioribus sæpe tributis onerentur, non sine insigni ferè tam ipsorum Imperantium quam subditorum incommodo. Et nescio an id ipsum innuere voluerit *Plato libr. 2. de republ.* Impossibile fermè judicans, civitatem constituere eo in loco, in quo advectionibus non indigeat. Certè *Laurentius Medices Florentinorum Dux mercaturam caput dixit, unde & robur & nervi in rempublicam manent: Ex Bruto lib. 8. hist. Florent. D. Klock. dict. lib. 2. c. 5. n. 36.* Quamvis quæ in hac vel illa v. c. Hollandorum civitate verissima, nec temere ad quasvis provincias fortasse applicueris. Non tamen desunt, qui ipsis quoque Principibus aut rebus publicis, inter media ararium augendi, mercaturam commendant *Bodin. lib. 6. de repub. c. 2. ubi inter alia ita infit: Toutes fois si est il plus seant au Prince d' estre marchand, que Tyran & au gentil homme de traffiquer, que de voler. quem sequitur le Cynée d' estat. allegatus à Limnaeo d. c. 5. n. 77. add. Busius lib. 3. de repub. c. 1. quod tamen de casu saltem necessitatis accipiendum, eòque tali, ut aliter nec locupletare depletum ararium possit, nec tueri majestatem Princeps. Bodin.*



*d. loco post Lælium Zechum lib. 2. de Princip. s. 2. D. Klock. de a-
 vario d. cap. 25. n. 33. & seqq.* Meritò proinde non vulgari fa-
 vore quæcunque ad promovenda commercia pertinent, com-
 plectitur civilis sapientia, & publicis causis haud inferiora
 reputat, arg. *l. 1. §. 20. ff. de exercitor. act.* Nec nova eam in rem
 subsidia si quæ vel mercatorum sedulitas vel ipsa negotiorum
 necessitas excogitavit, in sinum suum recipere dedignatur,
 legali cuncta moderamine fovens & sapienter adornans. Huc
 nobis haud inappositè referre videmur, quod cum cives ne-
 gotiationibus operam dantes vel ob locorum qui commer-
 ciis sociantur distantiam, vel negotiorum molem, vel condi-
 tionis suæ eminentiam (sic nobiles cum decoro mercaturam
 facere posse, si liberalibus artibus ipsi vacantes exercent il-
 lam per agentes suos &c. a bitratur Comes Annibale Romei
*discurs. giorn. 5. citante Lymneo in additionibus ad lib. 6. juris
 publ. c. 5. n. 70. subdens, ejusmodi servato decoro à Veneta nobi-
 litate mercaturam exerceri.* Idem statuunt Stracha *d. part. 2.
 tit. de stat. mercator. n. 17. in fin.* Mynsing. *cent. 6. observ. 54.
 n. 13. aliique citari à Josia Nolden de nobilitate c. 17. n. 175. qui
 tamen cum Francisco Pfeil lib. 2. consil. 202. n. 97. & aliis dis-
 sentit*) aliave impedimenta, ipsi non semper rebus suis super-
 esse ac negotiationes per semet expedire valerent, cœperint
 aliorum quasi procuratorum ministerio uti, quos tamen eo-
 rumque contractus eodem jure cum cæteris procuratoribus
 & horum contractibus censerì è re commerciorum non vide-
 batur: inde ad hanc partem jurisprudentia curam suam por-
 rexit, & quid in hisce negotiatorum vicariis servandum, cer-
 ta legumlatione definivit subsequenti commentationi
 materiam ministraturâ.

CAPUT II.

- I. Administrator negotiationis aliena hodie Factoris nomine vulgo venit, qui & promiscuè institor dicitur.
- II. Factor in latiori & strictiori vocis acceptione quis sit!
- III. Vocabuli Factoris notatio.
- IV. Factor Italis dicitur Agente, cujus appellationis ratio inquiritur.
- V. Alia vocis synonyma Buchhalter / Cassierer / &c.
- VI. Institor qua ratione inter synonyma referri possit.
- VII. Factoris definitio realis ejusdemque brevis explicatio.

Dicuntur autem Procuratores seu administratores i- I.
 sti negotiationibus alieno nomine faciendis præpositi, hodie
 vulgò *Factores*, Germanicè *Gen. Factor* / Italicè *Factore*,
 Gallicè *un Facteur*, Belgicè *Gen Facteur* / vocabulo Etrusco
 seu Italo & parùm Latino. Equidem Dd. nostri eundem esse
Factorem cum *institore* communiter volunt & utraque appella-
 tione promiscuè utuntur præsertim vetustiores, vid. *Decius*
consil. 510. n. 5. (ubi refert illud *Angeli*: quod *Factores* licet in
 mille literis se scribant debitores ommissâ qualitate officii, ta-
 men non possint conveniri, quia videantur scribere, ut *facto-*
res & factorio nomine. De quo infr. suo loco)

Elbert. Leonin. consil. 45. Wesemb. in d. 97.
ff. de institor. act. n. 1. ubi & Zoef. n. 1. Besold.
in thesaur. pract. lit. F. n. 2. Harprecht. ad §. 2.
l. quod cum eo n. 13. ibidemque in censura Belg.
Cyprian. Regner.

Sed veremur, cum Institoris appellatio jure nostro latissimè
 pateat, ut istam laxitatem exæquet verbi *Factoris* vis, quam
 ex hodierno more habet. Nobis itaque videtur *Factorem* in II.
 la-

latiori vocis usu dici, qui negotiationes nostras sive præsens sive absens exercet: in strictiori & magis propriè illum, qui in terras exteras ablegatus aut ibi aliàs residens nostro nomine merces vendit, emit, permutat, transmittit, precium accipit, solvit &c. confer

Röppen p. 1. quest. 21. n. 1. Berlich. p. 1. conclus. 64. n. 75. D. Carpz. I. P. F. S. p. 1. constit. 28. de fin. 28. n. 1. D. Rebhan. in hodeget. jur. chart. 2. clim. 4. parallel. 3. n. 6.

III Qui citato loco inde vocatum *Factorem* scribit, quod commenda jussa à dominis negotiatoribus faciat. Nobis eadem videtur notationis ratio, quæ vocabuli *Agentis*, Italicè *Agente*, Germ. *Ein Agent*: ut sc. *Factores* dicantur à frequenter assidue & industriè *faciendo* mercaturam & hujus ratione sibi commissa.

IV Unde etiam nomen *Agenti* illis tribuunt Itali, Annibal Romei d. tr. giorn. 4. *Ma la*. (sc. mercantia) *fara essercitar par mano de suoi Agenti* hoc est *institorum*, interprete Limneo *supr. cit. c. n. 70*. Ratione non multum absimili, ac quæ in jure nostro actores universitatis, municipum, societatum, item à tutoribus constituti, & bonorum actores servi

l. 1. §. 1. l. 6. §. ult. ff. quod cujusque univers. l. 5. §. 9. de constit. pecun. §. ult. I. de curator. l. 1. C. de actoribus tutor. l. 12. de liber. leg. l. 8. §. 30. ff. de jure fisc. l. 19. C. de solut.

Quæ item *Agentes* in rebus dicuntur, qui varia Imperatoribus in provinciis ministeria præbebant, de quibus T. T. C. de

Agent. in reb. §. de Princip. agentium in reb. Jul. Cas. Bulenger. lib. 6. de Imp. Rom. c. 42. §. 43.

Aliàs hodie *Agentes* appellari consueverunt, qui publico nomine ad negotia quædam expedienda mittuntur sub inferiori

ri

9.
ri quam legati axiomate. Sic quoque Procuratores in Imperii Judicio Aulico causas agentes Germanicè *Agenten/ Reichs-Hoffraths* oder *Reichs-Agenten* salutari novimus. Videntur præterea *factores* latius ita dicti in vernacula nostra V. vocati *Buchhalter* vid.

Sichard. *ad rubr. C. de Instit. act.* Speidel. *notabil. jurid. Polit.* voce *Factor*.

Et sive Gallico sive Etrusco idiomate *Cassiere* vel *Cassier* nostratibus *Cassierer*/ quòd *cassæ*, id est, arca pecuniam Domini continenti præsent, eaque negotientur. Licet utraque appellatio ad publicas quoque functiones illorum, qui pecunias sive militaris sive provincialis ærarii dispensant, accommodata inveniatur. Non malè denique *Factorem* nostrati lingua interpretaremur einen *Baden* oder *Gewercks Verwalter*/ ceu ita vertit institorem *C. A. th. 1. ff. de inst. act.* Reliquæ appellationes *der Laden- oder Baden-Diener / Krämer/ Rauffmanns. Gesellen/ Kram-Jungen*/ uti huc non pertinent, ita forsitan certis institorum speciebus designandis aptæ natæ sunt. Famuli domestici *die Hausvoigte/ Hausknechte/ Schaffner* quandoque instar institorum habent, quales diceremus eos, qui in publicis diversoriis & cauponis operas suas locarunt: ut plurimum vero isto jure non veniunt, vid. *D. Mevius ad jus Lubec. l. 3. tit. 6. art. 6. n. 14. & seqq.* *Insti-* VI.
tozem inter synonyma *Factoris* rectè numerari, nulli dubitamus, modo ista vox in latiori significatione, illa in strictiori & propria accipiatur; atq; ita forsitan exaudiendi erunt *Dd. supr. n. 1.* laudati. Propriè autem *Institor* dicitur omnis is, quem quis tabernæ, mercibus distrahendis, emendisque mensæ (banco, cassæ) aut cuilibet alii suæ negotiationi quæstus ergo præposuit.

B

l. 3.

l. 3. l. 5. l. 16. l. 18. ff. l. 3. C. de Inst. act. §. 2. I. quod cum eo qui in alien. potest.

Quo in sensu olim *offinator* appellatus est. Cujac. in *Dat. C. de Instit. act.*

Realiter *Factorem* in memorata acceptione latiori definimus *Administratorem seu negotiorum gestorum quendam negotiationibus alienis questus ergo prepositum*. Diximus *1. Administratorem & c.* negotia enim aliena administrare & gere re dicimur non tantum ex jussu & mandato, sed ex locato, imo maximè præter Domini voluntatem.

l. 1. pr. ff. de procur. l. 5. pr. de O. & A. rubr. l. 1. & 8. ff. quod cum eo. l. 1. §. 1. 3. & 6. ff. quod jussu. l. 2. §. 1. seqq. l. 6. §. 1. & 6. l. 8. §. 3. l. 60. §. 4. ff. mandati junct. l. 36. §. 1. ff. §. ult. I. Eod. l. 13. l. 22. de præsc. verb. passim ff. de negot. gest.

Eà itaque voce generaliori uti maluimus, quo *factores* ex omnibus illis causis constitui posse videantur, de quo infra *e. 4. & seq.* Diximus (2) *quendam*: hæc sc. vox improprietas nota reputatur *arg. §. 1. I. de legat.* ut adeo eà *factores* à negotiorum gestoribus propriè sic dictis, nec non ab aliis administratoribus luculentiùs secernantur, (3) *negotiationibus questus ergo & c.* quibus verbis differentia specifica repræsentatur, ceu infra suo loco patebit.

CAPUT III.

- I. *Res que Factori committuntur à Procuratore etiam peragi posse videntur.*
- II. *Novis negotiis novas legum definitiones & nova nomina aptat juris prudentia.*

III. Nun-

II,

- III. Nuncii à reliquis mandatariis discreti.
 IV. Ex actu Procuratoris ipsi, non mandanti, actio directa queritur.
 V. Nuncii non tenentur, sed ipsi domini, illi quippe sunt tanquam instrumenta.
 VI. Epistola in jure cum nuncio confertur.
 VII. Institores nomine & re à Procuratoribus distant.
 VIII. Id quod ita constitutum, exposcente æquitate, n. 9.
 X. Et utilitate necessitateque, & n. 11.
 XII. Per promiscuum usum quid intelligatur?
 XIII. Utilis hodie actio adversus mandantem datur.
 XIV. Ei, qui institoria tenetur, etiam directò condici potest.

Opus equidem non fuisse cuiusdam videretur, novum quasi I. ac peculiare sive mandatariorum sive operas locantium, qui institores factoresque audirent, comminisci genus: Utpote, quod citra omne dubium simplici mandato aut locatione negotiationum nostrarum exercitationem includere ac procuratoribus satis tutò committere licuerit, exactatissima ab iis diligentia peragendam.

Arg. l. 2. §. 1. & seqq. l. 3. §. 1. l. 5. §. 4. l. 10. §. 1. & seqq. l. 60. §. 4. & passim ff. mand. l. 1. §. 5. in pr. & §. seqq. l. 17. in pr. l. 18. ff. de instit. act.

Verum ea fuit juris nostri conditorum prudentia & tum æ- II. quitatis, tum utilitatis humanæ promovendæ necessitatisque relevandæ studium incomparabile, ut si quæ communis mater natura, qua est in rebus cum primis civilibus progignendis mirâ fœcunditate, nova suppeditaret negotia, ac ejusmodi induta circumstantiis, quæ perlati jam juris generalioris definitiones, non ita commodè ac utiliter subirent: Illi ex-

B 2

tem-

templo de peculiaribus remediis singula momenta pressius attendentibus sollicitarentur, cuncta ad benignitatem hominumque utilitatem, rigidam pristini juris normam insuper habitam, sapientissimè referentes. Inde sc. ne longius abeamus, processisse quoque videtur, quod mandatariorum certa species propria non tantum *nunciorum* appellatione efferri coepit, sed & juris effectum à reliquis procuratoribus discerni. Cum enim aliàs procuratores ex contractibus nomine mandantis à sese initis ipsi efficaciter obligarentur, obligarentq; secum contrahentes

§. 5. l. per quas pers. cuique acq. l. 67. ff. de procurat. l. 14. de publician. in rem act. l. 49. ff. mand. l. 11. §. 6. ff. de pignor. act. l. 7. & 8. C. si quis alteri vel sibi.

IV. Et ita quidem ut nullam mandans directam teneatur actione, aut eos, quibus cum procuratore negotii quid intercessit, convenire possit.

d. §. 5. l. 49. §. 2. ff. de oblig. & act. l. 11. eod. l. 126. §. 2. de V. O. d. l. 7. & 8.

Id quod Raphael de Turri in *tr. de Camb. Disp. 3. q. 7. n. 39.* apud nullum interpretem se legisse scribit: quamvis certi juris esse dixisset alibi *Disp. 1. q. 15. n. 26.* In nunciis tamen & similibus, qui nunciorum instar habent, placuit ut non ipsis, sed dominis obligatio quaesita intelligatur citra ullam cessionem l. 14. §. ult. l. 15. ff. de constit. pecun. l. 5. ff. quod juss. l. 24.

VI. §. 2. ff. de usur. de Turri d. *Disp. 1. q. 16. n. 4.* Nuncii enim, ut ut mandato alieno non secus ac alii procuratores negotia expediant, ejus tamen plerumque conditionis & eum in finem accipiuntur, ut instrumenti saltem vice ad instar epistolae (cujus

jus exinde & nuncii perpetua in jure occurrit sive conjunctio
sive comparatio.

*vid. l. 2. ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. mand. l. 1. §. 2. ff. de
contrab. empt. l. 2. §. 2. ff. de O. & A. l. 9. ff. de pre-
car. l. 25. §. 4. de A. vel A. hered. l. 7. C. si quis al-
teri vel sibi.*

Et epistolam Epictetus nuncium tacitum dixit, qua eadem
ratione nuncius non ineptè epistola viva non indigetaretur
confer. Cujac. in D. C. si quis alt. vel sibi & ad l. 2. ff. de pact.
portent in ore verbum Domini sui, Turri *d. l. n. ii.* & nudum
præbeant ministerium contrahentibus, non insimul nuncio-
rum sed solo domini intuitu res suas agentibus, unde & hoc
modo contractus à Nuncio celebrandi formulam concipi-
unt: *Vendisne Titio Domino meo ades illas pro 100?* de Turri *d.*
q. 16. num. 5. Quæ quia in reliquis procuratoribus aliter obti-
nent, an appellatio procuratoris propriè conveniret nuncio,
disceptatum quoque fuit *l. 1. §. 1. ff. de procurat.* Ad *Instito. VII.*
res itaque nostros ut revertamur eos, uti nomine, ita re à cæ-
tero procuratorum ordine segregavit jurisprudentia, tum
quidem in aliis, de quibus capite sequenti & infra passim:
tum in eo cum primis, quòd, ut supra dictum, cum ex simpli-
cis procuratoris actu mandator conveniri non possit, ex insti-
toris possit præponens *l. 1. §. toto tit. ff. de inst. act. §. 2. I. quod*
cum eo qui in al. potest. Turri de Camb. Disp. 3. q. 7. n. 41. seqq.
& æquitate & utilitate necessitateque exposcente. *Æquitas IIX*
conspicua est, ex parte quidem præponentis tum in eo, quod
institoris factum præstare se velle tacitè quasi recepisse quis
intelligitur ipsa præpositione.

arg. l. 11. §. 2. ff. de instit. act. I. §. 2. I. quod cum eo

B 3 qui

*qui in alien. potest. l. 1. in pr. ff. de exercit. act. l. 7.
 Et §. 6. ff. nautæ caup.*

& voluisse *l. 7. §. 11. ff. ad SC. Macedon.* quasique iussisse, ut cum institore contrahatur *l. 29. ff. de reb. cred. add. l. 1. §. 1. ff. quod iussu.* Tum in eo, quod æquum sit, ut dominus ex actu institorum commoda sentiens, ex eodem obligetur quoque & conveniatur.

l. 1. ff. de inst. act. Paul. lib. 2. sentent. tit. 8. pr. j. l. 10. Et 149. ff. de R. I.

IX. Ex parte contrahentium cum institore æquitas non minus se prodit in eo, quod illi contemplatu domini magis quam institoris in creditum aut debitum eant

l. 29. ff. de rebus cred. l. 1. ff. de exercit. act. l. 1. §. 6. §. 1. ff. de negot. gest. l. 84. ff. pro socio l. 4. junct. l. 3. §. 11. ff. de minor.

X. Utilitas quoque publica & necessitas in obscuro esse nequit expendenti, commercia non tantum ex rebus preciosis, sed & vilioribus quorumque usus versatur quotidianus consistere, atque illis quidem rempublicam florentem potentemque servari, absque istis vero servari plane non posse: unde utriusque commatis negotiationum in publicum egregium momenta ac emolumenta elucescunt. Conf. §. 2. *l. de J. N. G. Et C. junct. l. 5. ff. de I. Et I. l. 1. ff. de contrab. empt.*

XI. Posterioris autem generis mercaturæ operam navantes, nec aliter sæpe prioris studiosi negotiationibus suis plerumque talis conditionis homines, vel ob exiguum quem ex illis sperant quæstum, vel ob propriam fortunæ humilitatem vel aliam quandam necessitatem præficere coguntur, mulieres puta, servos, ancillas, pupillos, pueros, puellas, *l. 7. §. 1. Et 2. l. 8. ff. de inst. act.* quibuscum nemo commercia sociare vellet,

15.

let, nisi domino obligationis directò subeunte vincula, quem proinde istis illigare è re commerciorum & consequenter argum. l. 1. §. 20. ff. de exercitor. act. publicâ, visum meritò fuit; imò huic aptius consulere nescivit scientia civilis. confer. l. 17. §. 2. ff. de institor. act. Ubi per promiscuum u-^{XII}sum nihil aliud intelligitur, quàm indifferens & communis contrahentium seu commerciorum, uti explicat in not. lit. E. Gotthofredus, utilitas & commoditas. Ita quæ conjuges in communi usu habent promiscui usus dicuntur l. 9. ff. de usu & hab. l. 49. §. 2. ff. de legat. 3. & quod propiùs accedit, municipes, cives &c. iis rebus, quæ universitati communes sunt, promiscuè uti dicuntur in l. 1. §. 22. ff. de A. vel A. possess. Neque enim putamus ex quovis simplici mandato mandan-^{XIII}tem convenire potuisse, ceu paulò anteriùs dicere occupavimus, licet postea receptum appareat, ut ad exemplum Institoria actionis utilis detur in eos actio, qui procuratores rebus suis agendis præposuerunt l. 31. de negot. gest. l. 13. §. 25. de act. empt. l. 19. in pr. de inst. act. l. penult. C. de exercitor. act. Prout & ei, qui institoria tenetur, directò condici posse, non minus placuit §. 8. I. quod cum eo. l. 29. ff. de reb. cred. l. 17. §. ult. ff. de inst. act. sive jam id admissum ante sive post propositam à Prætorè institoriam. vid. Bacchov. disput. 8. de act. thes. 15.

CAPUT IV.

- I. Factores per non alium quam mandati contractum constitui videntur. n. 2.
- II. Factor tenetur domino & contra dominus factori iudicio mandati.

III. A-

- III. *Actio mandati non datur nisi contractu mandati precedente.*
- IV. *Negotiatio institori à domino mandata dicitur in jure nostro.*
- V. *Tractatio de Factoris constituendi modis egregie est utilitatis.*
- VI. *Institor in genere ipsa prepositione constituitur n. 7. seq.*
- VII. *Factor, licet moriatur preponens quis manet.*
- VIII. *Negotium cum Institore decoctore ignoranter gestum validum est.*
- IX. *Differentia alia hujus negotii à mandato, aliisque contractibus.*
- X. *Discriminis causa.*
- XI. *Consideratio Specialis modorum constituendi.*
- XII. *Institores jussu quasi preponuntur eorum quorum potestati subsunt. n. 13. seq.*
- XIII. *Differentia mandati & jussus.*
- XIV. *Promiscuus utriusque vocis usus.*
- XV. *Explicatio l. 3. §. 4. & l. 23. ff. de minor. ac Cujaciana interpretationis discussio n. 16. seqq.*
- XVI. *Obiter dicta à Dd. sententia nomine vel numero non veniunt.*
- XVII. *Filiusfamilias pubes procurator patris obligatur iis, quibuscum contrahit.*
- XVIII. *Filius jussu patris contrahens suo quoque nomini contraxisse intelligitur.*
- XIX. *Discriminis ratio inter mandatum & jussum in persona filiifamilias que affertur, insubtilis est.*
- XX. *An parentis mandato filiusfamilias constitui institor rectè dicatur?*
- XXI.

XXI. Mandati & jussionis nova differentia.

XXII. Filius vel servus tacitâ etiam voluntate constitui
possunt Institores & n. 23.

XXIII. Discrimen tributoria & institoria actionis non à
modo constituendi, sed mercis qualitate repetendum.

Factores licet in nonnullis articulis paulò ante distinxerimus à procuratoribus, per non alium tamen illi, quàm mandati contractum, constitui videntur. Factor enim & dominus mandati judicio invicem sibi tenentur, ceu exsertè definit Ulpianus in *l. 1. ff. de institor. act.* Mandati autem actio, inquit Paulus in *l. 20. §. 1. ff. mandati*, non potest competere cum non antecesserit mandatum. Optima scilicet collatione inferimus, ubi actio mandati, ibi mutua quoque subest mandantis & mandatarii obligatio arg. *l. 6. §. 1. §. 4. l. 2. l. 32 ff. mandati. §. 1. & 17. Inst. de act.* ubi obligatio ista, ibi & mandati contractus *l. 1. l. 2. in pr. ff. mandati. tit. Inst. de obligat. ex cons. l. 1. §. 2. ff. de rer. permut.* Siquidem suam ubique effectus arguit causam, quod est in vulgari brocardico. Præterea omnibus iis textibus, qui mentionem habent mandatæ institori à domino negotiationis, quæ diximus affirmantur. Inspici possunt *l. 5. §. 15. l. 12 ff. de inst. act. l. 8. ff. quod cum eo. l. 1 §. 12. ff. d. exercitor. act.* & hæc quoque faciunt pro colorandis iis quæ capite præcedenti n. 1. allata. Verum enim vero latius protensâ inquisitionis curâ (quam modicæ utilitatis existimare non debemus, cum ex hac disputatione officii factorii obligationisq; qua dominus & institor sibi invicem tenentur, omnis ratio dependeat: quæ quidem quidem res accuratè pertractata nuspiam comparet) & juris nostri effatis cum ipso hodierno usu penitiùs contentis, deprehendimus non posse hunc articulum commodius transigi, quàm considerando institoris in-

C

stitu-

VI. Institutionem primùm in genere, deinde in specie. In genere institor quis sit ipsa præpositione.

l. 11. § 2. ff. de institor. act. ad. l. 3. l. 4. l. 5. in pr. & § seqq. in verbo præposuit. l. 9. l. 18. ff. eodem.

quâ nempe tabernæ aut aliàs mercibus emendis vendendis-
que præficitur & negotiatio aliqua conceditur. Atque
hinc est, quod præpositio illa ejusque lex seu conditio, quo-
ad obligationem factoriam, præprimis contuenda ac obser-
vanda inculcerur.

*vid. l. 5. § 11. & seqq. l. 11. § 5. ff. l. 2. C. de in-
stitor. act. § 2. Instit. l. 8. ff. quod cum eo qui in
alien. potest. l. 1. § 12. junct. l. 7. § 2. ff. de ex-
ercitor. act.*

VIIIndeque dominus præponentis, institores præpositi ac præ-
positæ appellationes sortiti sunt *l. 7. § 1. l. 11. in pr. § 5. & 6.
& passim ff. de instit. act.* Imò tanta vi hanc præpositionem
animârunt leges ut ea ab initio rite facta maneat quis institor
seu factor, licet & decesserit præponens eoque ipso voluntas
jus exspiraverit *c. 5. de rescript. in 6. arg. l. 4. ff. locat. & hæres
aliusve successor vel ratum nondum habuerit præpositio-
nem, vel ea sit conditio, ut nec ratificare valeat l. 5. § 17. l.
17. § 2. ff. dict. tit.* quod eò extensum videmus, ut licet insti-
toris, qui decoxit, mandatum exstingui velint, per ignoran-
tiam tamen gestum cum ejusmodi institore, validum esse, &
obligari præponentem, post Baldum, Decium, Acursum,

IX. Benvenutus Stracha *de decoctoribus part. 3. n. 52.* Ut ita ha-
ctenus à mandato, quod cum mandante moritur *l. 15. C. § 10.
Inst. de mandato*, iterum præsens negotium dissideat: Ab a-
liorum verò contractuum genio, qui scilicet in principio vo-
lun-

luntatis sunt, postmodum necessitatis *l. 5. C. de oblig. & actor.* proprius absit. Quamvis in domini stet arbitrio, an velit aliquem rebus suis præponere institorem, præpositus tamen nec mutuo quidem utriusque consensu institor esse desinit: nisi vel remotus ac exercitio mercium *l. 11. in pr. l. 17. §. 3. de instit. act.* vel palam ac legitimè proscriptum fuerit, ne cum eo contrahatur *lib. 11. §. 2. & seqq. l. 17. §. 1. & 4. dict. tit.* Id X. quod tum propter utilitatem promiscui usus, ex prono puta negotiationum cursu tam ad contrahentes quàm ad dominum institoris redundantem: Tum propter æquitatem ne contrahentes citra culpam suam decipiantur, ita placuisse invenimus *l. 11. §. 5. l. 17. §. 2. de instit. act.* Ut adeo præpositionis causam ita videas attemperatam, ut nec mandato quod unius, nec reliquis contractibus qui mutuo dissensu resolvi nõrunt, ut hic similis existat. Atque ita se habet constitutio factoris in genere considerata. Presiùs & per species ituri XI. separandas omnino autumamus illas personas, quæ potestati præponentis subjectæ & quæ non sunt. Priores sive dominicâ potestate teneantur sive patriâ (licet enim mox citanda *l. 1. de servis tantum loquatur, eorum tamen nomine etiam filios familias exaudiendos esse suadet pr. junct. §. 2. Inst. quod cum eo. l. 7. §. 1. l. 19. §. 2. ff. de instit. act.*) præponuntur vel expressa voluntate, vel tacita. Illud non genuino mandato in XII. terveniente, sed quasi jussu patris dominive fieri credimus: adducti primò per *l. 1. ff. de instit. actor. junct. l. 29. ff. de reb. cred.* secundò per *l. 5. §. 2. ff. de in rem vers. junct. l. 7. §. 11. ff. ad Sct. Maced.* Tertiò quòd pater dominusve iis, quos in potestate habet, mandans jussisse intelligatur *l. 1. §. 3. ff. quod juss. & pater jubens pro mandatore & accessione habetur l. 91. §. 5. ff. de verb. oblig.* Uti enim si quid negotii gerendum XIII.

C 2

com-

7.



committitur suscipiturque liberâ voluntate mandatum est.
l. 1. in pr. §. 4. l. 22. §. 11. ff. mandat. l. 19. §. 2. de negot. gest.
 ita si vel propter paterni acherilis imperii vim, vel autorita-
 tem magistratus parendi necessitatem involvit mandatum,
 dici solet iustus *l. 157. l. 166. §. 1. l. 169. ff. de verbor. signif. l. 2.*
 XIV. *§. 23. ff. ad SC. Trebell. junct. §. 4. Inst. de Attilian. tut.* Un-
 de etiam ubi de ejusmodi personis, quibus juberi potest, ser-
 mo incidit, promiscuè solent jussus & mandati, negotiorum
 sibi persimillum *l. 1. §. 2. §. 3. l. 5. §. 1. ff. quod juss. usurpari vo-*
 cabula vid.

l. 25. in pr. §. 1. §. seqq. l. 26. ff. de acquir. vel a-
mit. hered. l. 15. §. 1. ff. de fidejuss. l. penult. C. si
quis alteri vel sib. l. 7. C. ad SC. Macedon.

Id quod etiam usu venire opinamur in *l. 3. §. 4. l. 23. ff. de mi-*
 XV. *nor* Licet enim ex istorum textuum collatione elicere tentet
 Cujacius *lib. 15. obs. 19.* filium familias restitui si jusserit pater,
 non restitui si mandaverit. Unde ansam arripiens non ne-
 mo, in servo solum jussui, in filio familias & jussui & manda-
 to locum esse scribit. Attamen ipsa litera & cuius obvius
 sensus monstrat, in dicta *l. 3. §. 4. junct. §. seqq. §. d. l. 23.* ra-
 tionem decidendi non à jussus & mandati discrimine sed à
 læsione filii familias arcescere Jctos: ita ut si mandasse pa-
 ter si jussisse perhibeatur, utrobique succurrendum filio
 velint, modo negotium patre autore gestum, damnosum illi
 existat: nec multum abluunt quæ alibi, nempe in com-
 mentariis ad dict. *l. 3. §. si quis cum minor. ff. de minor.* ipse Cu-
 jacius tradit, utroque in casu locum fore restitutionis auxi-
 lio, prout vel spectetur & obligetur filius aut jacturam aliàs
 sentiat, vel non spectetur ac non obligetur. Ex quibus for-
 tasse temperandæ sunt quæ allegata observatione 19. obiter
 nota-

notavit Cujacius; aut potius excusanda, cum nec alias si XVI. quid superfunctorie à Doctore effusum, sententiæ nomine, aut numero dignentur nostri, vid. Hardtm. Pist. part. 4. quest. 19. n. 7. Caspar Klock vol. 2. consil. 40. n. 151. Quamquam de XVII. cætero nec posterior Cujaciana interpretatio, ut comiter dicamus, scrupulis careat. Primum, ait, *filiumfamilias ex procuratione patris mandata suscepta non obligari*, ergo nec restitui. Ast *filiumfamilias puberem patris procuratorem obligari* iis, quibus cum contraxit, evincunt textus capite præcedenti n. 4. adducti jungantur.

l. 44. ff. de pecul. l. 39. ff. de obligat. & act. l. 141. § 2. de verb. obligat. l. 9. C. quod cum eo. l. 2. in pr. l. 7. ff. eodem dict. l. 3. § 4. ff. de minor.

Ita filius patris mandatu fidejubens ex stipulatu tenetur *l. 10. §. 1. ff. l. 8. C. de fidejuss.* Secus tamen erit si filius, tanquã nunci- us & nudus minister interveniat, quo de casu recte accipit *l. 4. C. quod cum eo qui in alien. potest.* Gothofr. in notis ibidem add. cap. præced. n. 5. Secundò dicit filii personam spectari, quando is suo nomine jussu patris contrahit. Equidem non XIX. capio cur adjecta sint verba *suo nomine*: nam si filius jussu pa- tris contrahens, ipse contrahit & ipse contrahere simpliciter dicitur *toto tit ff. quod juss.* imò ipse quoq; obligatur *l. 7. quod cum eo.* utique suo nomine contraxisse filium oportet, aliàs e- nim nudus esset minister, nec actio quod jussu in patrem da- retur, veluti contingit in casibus *l. 4. C. quod cum eo qui. l. 5. ff. quod juss.* Reliqua juris nostri rationibus minùs conveniunt vid. *l. 1. in pr. ff. quod juss. §. 1. Inst. quod cum eo qui.* Quod deni- que habet Cujacius, patris spectari personam ac proinde fi- lium non restitui, ubi is patris mandato contrahit procurato- rio

rio nomine, id nisi ex prædictis explicetur, tolerari itidem
XIX nequit. Siquidem negotium cum filiofamilias procurato-
 re utriusque intuitu geri verius est, aliàs enim ille non pro-
 curatoris sed meri nuncii instar esset conf. Bach. *disp. 8. de*
act. tbes. 11. & dicta capite præcedenti. Et in universum, li-
 cet in persona filiofamilias diversa esse jussum & mandatum
 poneremus cum Cujacio, discriminis tamen ratio valde in-
 subtiliter in eo quæreretur, quasi in contractibus mandato
 paterno initis patris persona spectetur, filii in iis quæ jussu
 patris expediuntur. Oppidò enim contra res habet poste-
 riori enim casu magis patris jubentis persona spectatur vid.
 §. 1. *Instit. quod cum eo l. 1. in pr. ff. quod juss.* quam priori, u-
 bi filiofamilias arbitrio mandati, siquidem genuinum ali-
 quod à jussu distinctum fingere volumus, susceptio relicta
 fuit *l. 19. §. 2. ff. de negot. gest.* & isthic verò & illic sibi impu-
 tare debet pater cur tali res gerendas commisit *l. 23. ff. de*
minor. Ita nunc excussis Cujacii traditis simul ruinam mina-
 tur postulatum illud: *quod in servo solum jussus, in filiofami-*
lias & jussus & mandatum obtineat ac consequenter; addimus,
 filiusfamilias patris non tantum jussu sed vero quoque & ge-
XX. nuino mandato Institor fieri possit. Contra quod porrò ur-
 gemus, primò textum in *l. 1. §. 3. ff. quod juss.* ubi non tantum
 domini sed & patris mandatum in formam jussus transire di-
 citur. Secundò quod nulla patrem inter filiumque confi-
 stat obligatio, nisi bonorum castrensiarum ratione §. 6. *Instit.*
de inutil. stipulat. §. 12. instit. de oblig. ex delict. l. 4. ff. de judic.
l. 2. ff. de contrab. empt. Ergo nec obligatio mandati. Ter-
 tiò quod mandatum ei, qui parendi necessitate obstringitur,
 propriè non mandatum sed jussus sit, per supra dicta, jam ve-
 rò filius isto obsequendi vinculo tenetur & quam maxime
 pro-

propter summam patriæ potestatis vim *l. 2. ff. de just. & jur. §. 2. Instit. de patr. potest. rubric. & tot. tit. ff. de obseq. parent. & patron. prest. l. 3. l. 10. C. de patr. potest.* In eo autem, ceu supra monuimus, differentia substantialis est mandati & jussionis : quamvis & alia subesse videatur, nimirum quod in mandato regulariter necesse non sit, ut istud, præter mandantem & procuratorem, aliis præsentibus sentientibusve ineatur, in jussu verò requiritur, ut iis, qui cum servo filiove contracturi sunt vel præsentibus vel aliàs non ignorantibus jubeatur. arg. *l. 1. §. 1. 6. 8. l. 2. & sequentium. ff. quod juss. l. 12. ff. ad Sct. Macedon.* adeo ut nonnulli voluerint, ad ipsum contrahentem, non ad filium verba jubentis dirigi debere, de quo tamen vid. Bach. *ad §. 1. Instit. quod cum eo qui in alien. potest.* Jussu itaque parentum dominorumve institores constituuntur liberi & servi. Sed an num & aliis modis? ita videtur : quid enim si verbi causa pater mercem suam à filio exerceri non jubeat quidem sed patiatur, hoc est, sciat & non contradicat *l. 1. §. 3. ff. de tribut. act.* Fingemus casum : mater peregre profecto patre filium tabernæ præponit, aut etiam ipse filius, institore forsan mortuo, suscipit negotiationes & exercet, pater reversus non improbat factum nec approbat expressè. (rata enim si haberet gesta à filio, jussisse intelligeretur *l. 1. §. 6. ff. quod juss.*) sed patitur filium omnia agere, quæ institor solet, emere, vendere aliisque modis contrahere. Et nos quidem filium hunc institorem, ac proinde ex actu ipsius patrem institoria obligari dixerimus. Tum quia quasi jussu patris filius institor efficitur ; quasi autem, jussus, uti verus expresso, tacito consensu inducetur ad instar verorum & quasi contractuum diversitatis vid. *l. 29. ff. de reb. credit. l. 1. l. 3. ff. de tribut. act. junct. l. 5. ff. de oblig. & act.*

Tum

XXI

7



Tum quod institoria actio toties datur contrahentibus, quoties hi contraxere cum eo, quem ex. gr. tabernæ præpositum, nec, ne contraheretur, proscriptum aut interdictum inveniunt: ex ipsa enim illa præpositione tenetur dominus *l. 11. in pr. §. 1. & seqq. l. 17. §. 1. & seqq. ff. de instit. act. junct. l. 1. §. 3. ff. de tributor. act.* cum non minus ex ejusmodi institoris, quam expressa voluntate constitui, actibus commoda sentiat *l. 1. ff. de institor. act.* Si autem competit hoc casu actio institoria verum institorem fuisse qui gessit negotia, consequitur. Tum deniq; quod & extraneus tacita voluntate factor constitui possit, ceu infra dicemus: quidni ergò & filius vel servus? nec mutat, ex contractu servi in merce domini ipso patiente negotiantis non dari institoriam actionem, sed tributariam in dominum *l. 1. tot. tit. ff. de tribut. act.* Nam id minus accuratò dicitur: discerni siquidem oportet mercem peculiarrem & dominicam. In illa si negotietur servus, tributariæ locus est *l. 1. in pr. §. 1. & 2. l. 5. §. 4. & 11 ff. de tribut. act. §. 3. & 5. inst. quod cum eo qui.* si verò in ista, competit institoria, non tributaria *l. 11. §. 7. de instit. act.* ubi cum ejus negotiationis, ex qua tributaria, & ejus, ex qua institoria datur, discrimen non à modo constituendi, an nimirum institor tacito an expresso consensu sit constitutus, sed an mercis in qua negotiatus est differentiâ repetatur, novum exinde pro firmata jam sententia suboritur argumentum: videlicet eundem ipsum, qui in merce peculiari negotiatus locum facit tributariæ actioni si negotietur in merce dominica, causam dati actioni institoriarum proindeque institorem esse.

CAPUT

CAPIT V.

- I. *Factores olim per mandati contractum potissimum constitui.*
- II. *Hodie per contractus nominatos ut plurimum non gratuitos vel innominatos.*
- III. *Quo inter creditores communiter factores sint habendi ratione salarii.*
- IV. *Institor rectè per locationem conditionem constituitur.*
- V. *Inter institorem & magistrum navis vix ulla discriminis ratio.*
- VI. *Per contractum societatis & factorem constitui.*
- VII. *Opera interdum pretiosior pecunia.*
- VIII. *Objectio.*
- IX. *Qua removetur.*
- X. *Tacitâ quoque domini voluntate institor constituitur & n. seqq.*
- XI. *Quo pertinet q. contractus negotiorum gestionis.*
- XII. *Circa institorem Domino sciente tacitè constitutum distinguitur.*
- XIII. *Negotiorum honestorum gestor etiam constituere potest institorem nobis ratihabentibus.*

Quibus modis homines nostri juris constituere possimus factores expeditum: superat ergo specialis de reliquis disceptio. Ubi contingere videmus ut quandoque testatâ & expressâ, quandoq; tacitâ domini voluntate res agatur. Prius iterum fit vel gratuitâ, vel non gratuitâ contractus specie. Per negotium gratuitum nihil aliud intelligimus, quam

D

man-

- mandati contractum : eo siquidem intercedente olim *factores* potissimum constitutos fuisse patuit *supr. c. 3. & c. 4.* quamvis nihilominus, quod itidem jam saepe praediximus, mandatariis & institoribus sua constet differentia, ceu & isti ab illis evidenter discernuntur in *l. 5. §. 10. l. 19. ff. de instit. act. l. 5. ff. de stipulat. prator. conferatur supra c. 2. & seqq.*
- II. Hodie ut plurimum commercii quoddam genus non gratuitum hic frequentari experimur, sc. vel nominatum, puta locationem conductionem aut societatem quoque, vel innominatum aliquem contractum. Inde enim est, quod simpliciter ferè disceptent Nostri, quo ordine & loco *factores* ratione salarii censerī debeant, concursu creditorum excitato, vid.

Berlich part. 1. conclus. practica b. 64. n. 65. D. Carpzov. I. P. F. S. part. 1. const. 28. definit. 28. D. Mevius ad jus Lubec. lib. 3. tit. 1. articul. 11. n. 70.

- IV. Quoad locationem jure nostro nihil dubii subesse videtur, cum institorium munus per mandati contractum optimè tribui, jam saepe monuerimus : mandato autem ubi merces accessit, res ad locationem conductionem respicere dicitur. *l. 1. §. 4. ff. mandat.* imò quibus casibus sine mercede suscepto officio mandati contrahitur negotium, iis casibus interveniente mercede locationem conductionem intelligi contractam, generaliter definit Imperator §. 13. *Inst. de mandat.* Atque ita quidem de navis magistro disertè scripsit Ulpian. *in l. 1. §. 18. ibi, sed aut ex locato cum magistro si mercede operam ei exhibet. ff. de exercitor. act.* Simillimi autem institoribus magistri illi *l. 1. in pr. l. 7. §. 2. ff. de exercitor. act.* adeò ut nonnunquam extra id, quod navis cura magistro mandata in Institorem nostrum non competat, vix ullum appareat discrimen,

men, quippe quod mercibus etiam emendis vendendisque præpositos magistros interpretetur idem JCtus in l. 1. §. 3. ff. dict. tit. Textus denique pro sententia nostra exstat in l. 11. §. 8. & l. 12. ff. de instit. act. ubi quis servum vicarium certâ mercede ab ordinario conduxisse legitur, eumque merci suæ institorem fecisse.

Societatem etiam rectè ita contrahi, ut alter merces VI. suppediet aut pecuniam mercibus emendis, alter v. c. solas operas factorias præstet, nulli dubitamus; sive de æquis sive de inæqualibus, sive de nullis lucri partibus cautum fuerit arg. §. 1. Inst. de societ. l. 7. l. 52. §. 3. 4. & 11. ff. pro soc. l. 1. C. eod. Constat etenim posse coiri societatem, ut unò pecuniam solò, alterò operas duntaxat conferente, partes tamen lucri damne nullius partem is sentiat, qui operas præbet §. 2. Inst. de societ. l. 29. §. 1 ff. pro soc. cum sæpe alterius VII. opera suppleat quantum ei per comparationem patrimonii deest, imò ipsâ interdum pecuniâ pretiosior sit d. §. 2. l. 5. §. 1. l. 29. §. 1. l. 52. §. 2. ff. pro soc. Gail. lib. 2. obs. 24. n. 2. Societatis itaque contractus & hac in re usum esse liquet. Graviter e- VIII. quidem obstare videtur, quòd factorem non suâ sed alienâ, præponentis puta merce, nec suo sed alieno nomine cum primis negotiari, passim in præcedentibus inculcavimus. Socius autem in dominii communionem advocetur, ac proinde suo etiam nomine suasque exercent merces, cum socius nihil non communi agat nomine.

l. 1. §. 1. l. 50. l. 52. in princip. & §. 4. l. 58. l. 83. ff. pro soc. l. 2. C. eod. l. 13. §. 1. ff. de præscript. verb.

Verùm eâ de societate exaudiri volumus tradita nostra, qua IX. non de rebus principalibus, sed de lucris & similibus accessioni-

D 2

fioni-



Honibus in commune redigendis actum, cujusmodi societatem contrahi posse volunt, vid.

l. 52. §. 2. ff. pro soc. l. 13. §. 1. ff. de prescript. verb. D. Franzk. in comment. ad tit. ff. pro soc. n. 45.

modò animo societatis ineundæ ad ejusmodi placita perventum esse appareat *l. 32. ff. pro soc. l. 44. eod. junct. l. 13. in princip. ff. de prescript. verb.* licet autem hujusmodi quoque institor, quia socius, suo simul nomine negotia gerat, id tamen minùs nobis offecerit, cum & aliàs institorem suo simul nomine contraxisse intelligi rei effectus monstret, ipsum quoque actionum illigans vinculis

l. 7. §. 11. ff. ad SC. Macedon. arg. l. 1. §. 17. ff. de exercitor. act.

de quo pluribus suo loco: conferatur *c. preced. n. 17. & seq.* Tacitâ præponentis voluntate institor quoque constitui potest extraneus, quod tunc accidit, quando vel quis sciens patitur mercem suam per aliquem exerceri, nec prohibet nec removet ejusmodi factorem,

l. 1. §. 5. ubi exponenda particula, faciliùs ff. de exercitor. act. jung. l. 11. §. 1. de institor. act. l. 1. §. 3. de tribut. act.

XI. vel negotiorum gestionis quasi contractu interveniente institoris vicibus quis perfungitur, quod rectè fieri posse constat, tum ex apertis textibus in *l. 11. ff. de Negot. gest. l. 1. ff. de instit. act. add. l. 37. §. 1. de Admin. tutor. vel cur.* tum propter duplicem rationem: 1. quod quævis negotia honesta & licita, qualis etiam est negotiatio, quasi illum contractum subeunt. *T. T. ff. & C. de negot. gest.* 2. quia ad id, ut institotiâ actione teneatur dominus, sufficit, modò aliquis mercibus ipsius præpositus easque exercere conspiciatur, *l. 11.*

29.

l. 11. §. 1. l. 17. §. 3. ff. de instit. act. cap. precedent. n. 22.

Quod verò priorem casum attinet, ulterius distinguendum XII. videtur: An dominus fuerit præsens, an absens. Si præsens res abibit in mandati speciem. *l. 6. §. 2. l. 18. l. 53. ff. l. 6. C. mandat.* adeoque ad præcedentem de expressis modis transactionem pertinebit: quamvis nonnulli genuinum illud & proprium mandatum esse nolint. Si absens, quasi contractu institor constitutus intelligetur,

argument. l. 2. l. 41. ff. de negot. gest. l. 22. §. 10. ff. mandati.

Denique spectat huc, quod in *l. 13. pr. ff. de instit. act.* habetur XIII: si negotiorum nostrorum gestor præposuerit & nos rati habuerimus. Ubi interest tamen, an negotia, quibus præponitur, certò & revera sint nostra, an non. Hòc casu negotiorum gestio subest, *l. 6. §. 9. & seqq. ff. l. 9. C. de Negot. gest.* Illò, subsequens rati habitio mandati contractum efformat *l. 60. ff. de R. I. l. ult. C. ad SC. Macedon.* Atque hunc de modis constituendi articulum eò majori cura percolere volumus; quia ex isto simul elucescit, quâ actione invicem teneantur Factores & Domini, quodnam Factoris officium, quæ mutux præstationes, de quo sub loco explicatiùs.

CAPUT VI.

- I. In genere Factores constituere possunt, quicumque contractus, quibus constituuntur rectè ineunt.
- II. Femina factorem rectè præponit.
- III. Uti & minor 25. annis, certâ tamen conditione.
- IV. Vbi tamen exactior causæ cognitio requiritur.

D 3

V. In-

V. *In foro mercatorum procedi ex bono & equo & non curari apices juris.*

VI. *Alieno nomine qui præponant factores. n. seqq.*

VII. *Tutores & curatores vice dominorum habentur.*

VIII. *Ipsi institores alios substituere possunt.*

IX. *Tum & illi qui vel cum vel sine mandato negotia administrant.*

X. *Tam ab uno quam à pluribus rectè præficiuntur factores.*

- I. Factores constituere possunt, ut eò nunc perveniamus, in genere omnes, qui contractus & negotia, hætenus inter constituendi modos à nobis relata, validè ineunt geruntque, v. c. quibus jubendi, mandandi, locandi, conducendi &c. jus est, id quod iis, quæ duobus proximis capitibus disputavimus, consequens existit. Nominatim verò Factores maxime constituuntur ab ipsis mercium vel negotiationis dominis, tum etiam eorum nomine ac vice ab aliis. Quod Dominum attinet, nihil interest an mas sit, an femina, nam & ea rectè proponit *l. 7. §. 1. ff. de instit. act. l. 4. C. eod. l. 1. §. 16. ff. de exercitor. act.* nec per SC. Vellejanum relevatur, licet pro institore à se præposito intercedere adeoque alienam obligationem in se recipere videatur *l. 1. & passim. ff. de instit. act. pr. junct. §. 2. I. quod cum eo qui in alien. potest.* Sematus verò omnibus mulieribus qualemcunque alterius cujusque obligationem suscipientibus succurrat, *l. 1. pr. l. 2. §. 1 4 5. l. 8. §. 1. ff. ad SC. Vellej.* Diversi juris ratio arcescenda partim ab utilitate promiscui usus, *l. 17. §. 2. d. instit. act.* & quòd mulier ex actu institoris sui commoda sentit *l. 1. d. tit.* Partim ab eo, quòd licet mulier primà facie alienæ se obligationi inseruisse videatur, revera tamen & juris effectu

§1.

Et proprium gessisse negotium intelligitur, cum in rem & nomine ipsius tam ab quam cum institore cuncta agantur, per dicta sup. c. 1. add. l. 7. §. 11. & 12. ff. ad SC. Maced. jam verò mulier non juvatur SCti auxilio, quando vel intercessio non in periculum rei familiaris aut depauperationem l. 1. §. 1. l. 21. pr. ff. ad SC. Vellej. sed effectu inspecto, in utilitatem & commodum mulieris, aut ad damni saltem averruncationem pertinet

l. 3. l. 8. §. 1. l. 13. l. 17. §. 2. ff. l. 2. C. dict. tit. Novell. 134. cap. 8.

vel foemina ipsa fecit obligationem suamque gessit negotium, l. 8. §. 1. l. 27. §. 2. l. 22. ff. l. 4. l. 6. l. 22. C. d. tit. Nihil III. porrò interest an major sit, qui præponit, an minor 25. annis. Minor tamen, si pupillus tutoris adhibebit auctoritatem l. 9. ff. de instit. act. si Pubes, subsistit, quidẽ præpositio; ipse tamen institoriã pulsatur, causã cognitã in integrum poterit restitutionem impetrare l. 11. §. 1. dict. tit. unde patet cum mercatorũ minorennium factoribus cautiũs esse agendum. Notanter au- IV. tem & cum mysterio in dict. §. 1. clausulam: non sine cause cognitione: adjectam quis suspicaretur. Quasi sc. minuere voluisset Jctus, si aliã non passim minoribus subvenitur, sed causã cognitã, si per insignem negligentiam capti esse manifestè doceantur l. 7. §. 3. l. 11. §. 3. l. 24. §. 1. ff. de minor. ne contra æquitatis maximam, quæ est in l. 25. ff. l. 6. C. de legib. l. 17. §. 3. ff. commodati, per latus restitutionis beneficii magnò incommodò hujus ætatis homines afficiantur, & quodammodo commerciis eis interdicator, nemine cum ipsis, adde & factoribus eorum arg. l. 12. §. 1. ff. de administr. tut. contrahere volente l. 24. §. 1. ff. de minor. (quæ ratio & alibi expenditur, vid. l. 14. §. 5. de S. S. Eccles. l. 11. ff. ad SC. Vellej.) Vel maximè ergo, si causa mercaturam concernat, in ætatis indulgendo auxilio Præ-



Prætor tardum se & circumspectum præstare ac omnia ad bonum & æquum redigere, nec nisi causis prægnantissimis moveri debet: ne alioquin cum publico cursus sistatur commerciorum difficiliorque fiat, propter quæ in conferenda sæpe à solemni juris norma divertit prudentia nostra vid.

l. 1. pr. § 5. & 20. ff. de exercit. act. l. 1. l. 7. seq. l. 11. l. 17. §. 2. seq. ff. de instit. act. supr. c. 1. & 2.

Et hi sunt tibicines, quibus innititur Brocardicum illud: In V. foro mercatorum procedi summarie atque ex bono & æquo, & non disputari de apicibus juris. arg.

R. I. de An. 1654. §. Als auch bey den Handelsleuten Hulderic. Zaf. vol. 1. conf. 15. n. 53. Gail. lib. 2. observ. 27. n. 27. Casp. Kloet vol. 3. consil. 135. n. 144. Stephan. Gratian. tom 1. discept. Forens. 64. n. 12. D. Carpz. in I. P. F. S. p. 1. constit. 2. definit. 2. n. 6. Raph. de Turri de Camb. Disp. 2. quest. 8. n. 44. quest. 14. n. 41. seqq.

ubi tamen advertendum, ne eveniat, quod Celsus Adolefcens scribit: *in genere questionem de bono & æquo plerumque sub auctoritate juris scientiæ perniciosè errari. l. 91. §. 3. ff. de verb. oblig.* quem articulum pluribus excutit Benv. Strach. *in tr. de mercator. part. ult. princip. partic. 4. per tot.*

VI. Qui alieno nomine præponunt sunt vel vice Domini, Tutores puta & curatores, vel simplices negotiorum gestores. De tutoribus & curatoribus textus est in *l. 5. §. 18. ff. de instit. act.* vice enim ac loco dominorum, uti diximus, quantum ad providentiam pupillarem & tutelæ administrationem, habentur illi,

l. 27. ff. de administr. tut. l. 4. §. 11. junct. §. 6. ff. de

33.

ff. de usucap. l. 7. §. 3. ff. pro empt. 56. §. 4. ff. de furt. l. 157. ff. de R. I.

Per negotiorum gestores intelligimus tum ipsos institores, VIII ab hisce enim alios vel subinstitores ordinari ac substitui posse, textus est in

l. 1. §. 5. ff. de exercitor. act. l. 5. §. 17. (de qua vid. D. Meier. in Endox. Justin. Decad. 5. cap. 5. §. 8.) ff. de instit. act.

Tum alios, qui vel cum mandato negotia administrant, vel IX. sine mandato. Illos posse, sive omnium rerum Procuratores sive unius sint, mandantis nomine constituere factorem, patet, ex *l. 5. §. 18. l. 6. ff. de instit. act. junct. l. 1. ff. de procurat. nec minùs de negotiorum gestoribus propriè sic dictis, ut tamen rati habitio domini accedat, idem insinuat Ulpianus in *l. 7. in pr. ff. de inst. act.* Huc quoque pertinet, quod item servus institorem haberi possit alium servum *l. 5. §. 3. ff. de Tributor. act.**

Denique generaliter tenendum, non tantùm ab uno, X. sed & à pluribus sive sociis sive non sociis v. c. cohæredibus merci aut tabernæ, sive ex æquis sive ex inæqualibus partibus communi; Factorem rectè præfici, qui illam communi nomine exerceat *l. 13. §. 2. l. 14. ff. de instit. act.* ceu & quotidie praticari, quotidiana testatur experientia.

CAPUT VII.

- I. Correlativorum eadem ratio est.
- II. Qui operas suas locare & mandatum suscipere institores fieri possunt.
- III. Correlatorum regula multis exceptionibus sunt obnoxia.
- IV. Fun-

E



- IV. Fundatur magis in rationis identitate, quam in correlationis respectu.
- V. Brocardica ejusmodi certò fundamentò carent.
- VI. Impuberibus rectè institoribus utimur.
- VII. Homines cujuscunque sexus ac conditionis præponi possunt: fœmina, filiifam. servi &c.
- VIII. Q. an Nobiles factores institui possint? N.
- IX. Duplex limitatio sententiæ negativæ.
- X. Q. An Nobilis per institores mercaturam exercere possit.

- I. Haud esse opus videtur, ut de factorum sive institorum personis dispiciamus peculiariter, cum quæ de illis dici possent ex tractatu de ipsis præponentibus jam tum elucescere videantur, quòd correlativorum eadem ratio & qualitas sit, ut de uno dispositum trahatur ad aliud,
- II. unde etiam hætenus non malè in genere concluderimus, omnes illos qui operas suas locare, mandatum suscipere, etiam institores fieri posse, secundum dicta cap. præced. n. 1.
- III. Quia verò isti correlatorum regulæ minùs tutò innitimur, cum non saltem multis obnoxia sit exceptionibus, vid. Cujac. in Paul. lib. 48. ad edict. p. 708. & nominatim perdat vim suam in contractibus.

arg. l. 20. ff. de re jud. l. 23. ff. de acceptil. l. 1. C. de Cupress. l. 3. C. de Indict. vid. toll. surd. de Aliment. tit. 4. quest. 18. n. 54. seq. Argentorat. Fcti vol. 1. conf. 74. n. 52. D. Carpzov. in I. P. F. S. part. 3. constit. 11. definit. 27. n. 5.

Socin. lib. 3. consil. 74. n. 5. Cravett. de antiquit. temp. part. 4. §. videamus. n. 26. seq. Card.

Card. Tusch. tom. 2. pract. conclus. lit. C. conclus. 1041. n. 15. seqq.

Sed etiam non tam in mutuo isto relatorum habitu, quàm IV.
in paritate & identitate rationis ex utraque parte militantis
fundetur, ceu vel textus subantea citati palam faciunt conf.
Bachov. in comm. ad §. 1. n. 2. l. de societ. Et aliàs in univer- V.
sum Brocardicis illiusmodi non esse fidendum tanquam fun-
do & certo fundamento destitutis, ipsi fateantur Pragmatici
præcipui Brocardicorum Authores,

*Pacian. de probat. lib. 2. c. 25. n. 98. Ioan. Fab.
in §. fuerat inst. de action. Tusch. tom. 1. lit. B.
conclus. 132. n. 1. JCTi Argentor. vol. 1. conf. 84.
n. 210. JCTi Marpurg. vol. 4. conf. 26. n. 86. D.
Klock. vol. 3. conf. 134. n. 282.*

Imò qui brocardica commenti malè de jurisprudentia meri-
tos esse pronunciat *Hartm. Pistor. lib. 3. quest 30 n. 2.* Recti-
ùs itaque & ordine fecerimus hunc quoque articulum pecu-
liari visione illustrantes: præsertim cum non desint, qui in-
stitores quidem, non autem v. c. locatores vel mandatarii fi-
eri possunt, ut enim ab hoc exordiamur, institutoribus uti VI.
possumus, non tantùm hominibus justæ ac perfectæ ætatis,
sed quoque impuberibus sive filiifamilias sint, sive pupilli
l. 7. §. 1 ff. de instit. act. add. l. 1. §. 4. ff. de exerc. act. licet ejus-
modi ætatis homines non temerè quis idoneos aut admit-
tendum dixerit, ut Factores, in strictiori vocis usu, consti-
tuantur: quò pertinet, quòd JCTus in *l. 8. ff. de instit. act.*
ait: *tabernis* plerumque pueros vel puellas præponi. In
vernacula nostra hujus farinae Institores, vocari solent *Ladens-
diener / Krahnjungen /* aut si ætatis maturioris & in exercitio-
ne institoria aliquantò vetustiores, *Kauffmans, Krahmers*

VII. Siesellen. Porro nihil interest, an masculi præponantur, an
fœminæ *l. 7. §. 1. ff. de instit. act.* patres an filii familias.

*d. l. 7. §. 1. l. 19. §. 2. ff. de instit. act. l. 7. §. 11. ff.
ad SC. Macedon. §. 2. junct. pr. & §. 6. l. quod
cum eo qui in alien. potest.*

Liberi an servi, iiq̄ue sive proprii sive alieni *l. 1. l. 5. §. 3. 6.
seqq. l. 7. §. 1. l. 11. §. 8. & seqq. ll. ff. l. 1. 2. & 3. C. de instit. act.
§. 2. inst. quod cum eo & c.* Ingenui an liberti. *l. 1. l. 19. §. 1.*

VIII l. 20. ff. de instit. act. Annum verò etiam Nobiles, an igno-
biles duntaxat? Prius negandum esse tùm per expressos
textus in *l. 12. §. 3. C. de cohortal. add. l. 7. C. de incest. nupt. l. 1.
C. de natur. lib.* tùm quod multò minùs alienò nomine exer-
cere mercimonia licitum nobilitati, cùm nec propriò id sit
permissum,

*l. 3. C. de commerc. l. 6. C. de dignit. d. l. 12. §. 3.
d. l. 7. d. l. 1. Tiraguell. de nobilit. c. 33. n. seqq.
Myns. cent. 6. obs. 54. n. 5. seqq. Ios. Noldende
Nobilit. c. 17. n. 174. Besold. diff. 2. de jure &
ord. civ. th. 41. sub fin. Strauch. de mercatur.
part. 3. n. 14. seq. Scacc. de mercatur. & camb.
§. 1. quest. 7. part. 3. limit. 17. n. 20. seq. D. Carpz.
lib. 1. Resp. Elect. tit. 5. Resp. 41. n. 23.*

utut autem nonnulli distinguant i. inter mercimonia urbi-
bus perniciofa, quibus scil. reliquæ Plebi mercaturæ lucra
intercipiuntur; & alia, quæ istum in modum comparata
non sunt, juxta *d. l. 3. C. de commerc. Limn. lib. 6. I. P. c. 5. n. 75.
seq. 2.* inter viliozem seu ultimam, qualem exercent Propo-
læ, de quibus vid. Hillig. in Don. Enucl. lib. 18. cap. 6. lit. I. &
amplam copiosamque in gross handelit quæ potiùs publicæ
deserviat utilitati, quàm privatis quæstibus, juxta

d. l.

37.

*d. l. 6. d. l. 12. §. 3. add. l. 44. §. 1. ff. de Ædil. Ed.
 Besold. d. th. 41. p. 137. Strach. de mercatur. p. 2.
 n. 19. seq. Coll. Argent. ad lib. 14. ff. tit. 1. th. 4.
 Limn. d. cap. 5. n. 77. seq. Add. Sigon. lib. 2. de
 jure Civ. Rom. cap. 10.*

ut utrobique prioris generis negotiatio licita, posterioris ve-
 tita habeatur. Attamen quia Factores, institoresque & mer-
 caturam exercent & alieno seu procuratorio nomine, quod
 posterius etiam per se vile quodammodo ac sordidum existi-
 matur. *l. 34. C. de Decur.* indistinctè sententia negativa reti-
 nenda erit, prout etiam in iis rebus, ubi permessa nobilita-
 ti mercatura, nobiles tamen ipsi seu per sese illam exercere
 prohibentur *Limn. d. c. 5. n. 72. & in addit. ad n. 70. & 77.*
 Quam tamen dupliciter limitari poteremus, i. in terminis **IX.**
 negotiationis maximè amplæ, splendidæ, & ad reipubl. bo-
 num insigniter facientis: ut adeò institoria ista procuratio
 instar sit publici cujusdam egregii muneris, *arg. prædictorum.*
add. l. 5. ff. de mun. & bon. l. 5. §. 3. ff. de jure immun. Cujus-
 modi est Anglorum Factor supremus in India Suratae habita-
 tis, viginti quatuor circior personarum ministerio u-
 tens: De quo aliisque tum Anglorum tum Batavorum Fa-
 ctoribus Indicis, officio isto cum quadam dignitate perfun-
 gentibus, vid. *Nobiliss. à Mandelslo Morgenländ. Reisebe-
 schreib. lib. 1. cap. 13.* Ita C. Terentium Varronem, qui con-
 sul exercitum ad Cannas pulcherrimum amisit, institorem
 mercis fuisse ex *Livio* tradit *Carolus Sigon. lib. 2. de antiq. ju-
 re Civ. Rom. c. 10.* quamvis Terentius ille relicto sordido mi-
 nisterio, uti appellat *Livius*, animum ad togam & forum ad-
 jiciens ad honores & denique ad consulatum pervenit; com-
 memorante *Liv. lib. 22. histor. cap. 26. 2.* quando aliter con-
 fueru-

E 3

fuetu-

suetudine ac observantiâ receptum, quo sc. casu nobilitati mercaturam non derogare Dd. communiter tradunt

Myns. d. obs. 54. n. 11. C. A. d. loco Nolden de d. c. 17. n. 175. in. fin. Stracch. d. p. 2. n. 18. Limn. d. c. 5. n. 71. Scacc. d. limit. 17. n. 22.

sic Genuæ, Anconæ, Venetiis, Luca, Florentiæ mercaturam exercet nobilitas, adeò ut inter ipsos nobilissimi sint maximi mercatores, testibus Authoribus jam citatis; unde etiam in Germania nostra, si cui ordinis equestri privilegio aut investituræ beneficio jus braxandi & vendendi cerevisiam, *Brau. Malz. Haus / Schenckstätt / Schenckrecht* concessum fueris, is jure illo suo uti poterit, citra ullam dignitatis imminutionem

Schrader consil. 44. n. 24. & seqq. Myns. Decad. 15. respon. 1. q. 3. n. 77. & alios. Limn. d. c. 5. n. 79. add. D. Carpz. lib. 1. Respons. Elector. 37.

X. Coronidis ergò subjicimus, quod tamen propriè ad caput præcedens pertinuisset: An ergò nobiles per institores mercaturam exercere possint? tetigimus illam controversiam supr. cap. 1. & quidem in negativam magis propendemus per tradita *Josæ Nolden d. n. 175. Coll. publ. d. S. R. R. vol. 1. disp. 9. tb. 8. lit. B.* salvis tamen cujusque loci moribus ac consuetudinibus.

CAPUT VIII.

I. *Pro institoribus insularii quoq; & edificio alii custodiendo prepositi habentur. n. seq.*

II. *Insula quid? n. seq.*

III. *Packhäuser.*

IV. *In-*

- IV. *Institutorum numero, qui agris colendis & pecuniis fœnerandis præsumunt, veniunt.*
- V. *Vocabulum negotii pro negotiatione in jure nostro sæpe accipitur.*
- VI. *Instititoris appellatio improprie iis, qui n. 1. & 4. recensiti, tribuitur.*
- VII. *Objectum verum Instititoris.*
- VIII. *Negotiationum varia genera.*
- IX. *Qualis negotiatio hic intelligatur.*
- X. *Artificium exercentes etiam pro institutoribus habentur in jure nostro.*
- XI. *Vt & Cauponio præpositi.*
- XII. *Quis negotiari dicatur & circa quam rem versetur negotiatio.*
- XIII. *Mangones & Venalitarii.*
- XIV. *Divisio negotiationis in licitam & illicitam.*
- XV. *Quinam dicantur Rauffleute vel grossarii & quinam Krämer.*
- XVI. *Negotiationi non tantum universaliter sed & particulariter rectè præponitur.*
- XVII. *Alia negotiatio domestica, alia peregrina.*
- XVIII. *Vtraq; huc pertinet.*
- XIX. *Negotiatio dividitur in nauticam & terrestrem*
- XX. *De negotiatione terrestri hic tantum agitur.*

De rebus quoque ac negotiis, quibus præfici solent factores, nonnulla erunt adnotanda. Equidem cuicumque negotio præpositum Ulpianus institorem appellat in *l. 5. in pr. ff. de institor. act.* Adeò ut etiam institores esse scribat qui ædificio custodiendo *d. 1. §. 1.* aut insulæ custodiendæ præpositi, quod genus Insularii dicuntur, *dict.*

dict. l. 5. §. 1. add. l. ult. ff. de offic. prefect. vigil. l. 16. §. 1. ff. de usu & habitat. l. 15. §. 2. ff. de instruct. & instrum. legat. l. 166. ff. de V. S.

- II. Insula autem erat ædificium aliquod à reliquis domibus legitimo spacio, duorum nempe cum dimidio pedum quod angiportum dicitur *Gödd. ad l. 59. ff. de V. S. n. 6.* mercium importandarum exportandarumque gratiâ sejunctum. *arg. l. 3. §. 2. ff. de offic. prefect. vigil. l. 14. ff. de servitut. pradiorum urb.*
- III. *Cujac. lib. 1. observat. 14.* Unde hodiè ædificia illa, quæ nostro idiomate *Paethhäuser* dicuntur, insulis similia esse conicit *Göddeus ad dict. l. 59. n. 4.* licet vulgò insulam vocent quamcunque domum, quæ aliis ædibus non juncta, seu undique viam habet.

Gothofr. ad l. 58. ff. locat. conduct. Franc. Marcus Grapal. lib. 1. c. 1. quem citat D. Struve exercitat. 20. tb. 32.

- ubi tamen per viam publica intelligenda non videtur, cum angiporta fuerint publicè non pervia *Terent. in Adelph. act. 4.*
- IV. *Scen. 2.* Sic porrò institoribus accenset *Jctus* qui agris colendis *l. 5. §. 2. de institor. act.* item pecuniis fænerandis, hoc est mutuis dandis & accipiendis vid.

Coll. Argent. ad lib. 14. ff. tit. 3. tb. 4. n. 23. præponuntur dict. l. 5. §. 2. l. 19. §. 3. ff. de instit. act. l. 8. ff. quod cum eo qui in alien. potest.

- V. Verùm *Jctus* in dicta *l. 5. pr. negotii* vocem pro negotiatione posuisse videtur, qualis vocabuli illius usus & acceptio in jure nostro non insolens: vid.

l. 19. §. 1. ff. l. 3. C. de instit. act. l. 47. §. 6. l. 58. ff. de administr. tut. vel curat. l. 88. §. 3. de legat.

41.

gat. 2. l. 65. in pr. de legat. 3. l. 18. ff. de jure patronat. l. 38. §. 1. ff. de oper. libertor. l. 4. §. 2. de his qui notantur infam.

Præterea quoque institoris vocabulum in dictis textibus latius & improprie sumptum esse exinde apparet: quod agris colendis fructibusque percipiendis, ædibus item custodiæ ergò & pecuniis fænerandis præpositi institores esse alibi negentur *l. 11. §. 6. l. 16. l. 19. in pr. ff. de instit. act.* Sicuti in specie fænebris pecuniæ causam à negotiatione aperte discernit Imperator *in § 5. inst. quod cum eo qui.* Institoris itaque proprie sic dicti genuinum objectum est quævis negotiatio. VI. VII.

l. 3. l. 16. l. 18. ff. l. 1. C. de instit. act. §. 2. & §. 5. inst. quod cum eo qui in alien. pot. l. 1. in pr. & §. seqq. l. 5 §. 4. ff. de tribut. act. junct. l. 11. §. 7. ff. de inst. act.

Varia autem dantur negotiationum genera: latius siquidem acceptam distribuunt negotiationem in publicam seu politicam, quâ civitatum gubernatores communi necessitati succurrunt; cujusmodi sunt negotiationes, quibus annonam publicam juvari faciunt. VIII.

l. 5. § 3. ff. de jure immunitat. Jcti Marp. vol. 2. conf. 28. n. 2. D. Wilhelm. Anton. de rescript. moratoriis conclus. 36. n. 5. ubi plures.

& privatam quæ iterum vel œconomica vel lucrativa: illa instituitur sui suorumque sustentandorum gratia, hæc, quâ quis aliquid emit, ut postea carius vendat: post

Medinam Scaccia de commerc. §. 1. q. 7. part. 2. ampliat. 12. n. 7.

Quæ posterioris generis negotiatio hujus loci, & species est IX.

F

com-

commercii, quo aliquid damus vel rem emimus, ut plus seu majora lucremur *Scacc. dict. tract. §. 1. q. 1. n. 8.* quia vero rem v. c. vendimus, vel in eadem, in qua comparavimus, formam superstitem vel immutatam; inde negotiatio ista quaestuarium duplici modo talis dicitur; priori, artificii appellationem vel opificii subit, vid.

l. 27. ff. de pecul. l. 65. §. 1. & seq. ff. de legat. 3. l. 23. l. 38. ff. de oper. libertor. Carol. Sigon. lib. 2. de antiquo jure Civ. Roman. c. 12. Besold. in dissert. 2. de jure ordineq; civium. c. 11. n. 3. C. P. de stat. rei Rom. vol. 2. disp. 9. part. 2. t. h. 9.

& negotiatio esse negatur in c. 11. D. 88. posterioris generis in specie negotiatio vel mercatura dicitur *Scacc. dict. n. 7. & dict. q. 1. n. 12. & seq.* unde & ea, quae scilicet circa mercem proprie dictam occupatur *l. 1. §. 1. ff. de tribut. act.* huc proprie pertinet, secundum dicta supra c. 2. Licet aliis artificum & simile ministerium exercentes in jure nostro institutorum loco & nomine veniant, ceu & alibi apud probatae latinitatis auctores. vid.

l. 5. §. 6. & 10. ff. de institor. act. l. 1. §. 1. ff. de tributor. act. junct. l. 11. §. 7. ff. de institor. act. l. 27. ff. de pecul. Senec. lib. 6. de beneficiis. c. 17. Livius lib. 22. histor. c. 26. in pr.

XI. Sic cauponio vel cauponae exercendae praepositus (*Wirthschaft zureichen / ein Hausknecht*) institutor habetur & vocatur in

l. 13. l. 15. l. 17. §. 2. ff. de instruct. & instrum. legat. l. 1. §. 5. ff. naut. caupon. stabular. addatur supr. c. 2. n. 5. in fin.

XII. Negotiari autem seu mercari quis dicitur non ab uno aliquo actu

43.

actu aut emptione rei alicujus, quam perpetuò retinere cogitat: sed qui lucri faciendi causa res comparat eo animo, ut rursus distrahat, venum proponat, exportet, importet, &c. arg.

l. 73. ff. de legat. 3. l. 5. §. 8. ff. de jure immunitat. l. unic. C. de Nundin. Goddeus ad leg. 66. n. 2. in fin. n. 3. § 6 ff. de verbor. signif. add. Raphaël de Turri in tract. de camb. disp. 2. q. 17. n. 26. § seq.

unde simul patet circa res mobiles saltem versari negotiationem *l. 66. ibiq. Godd. n. 4. § seq. l. 207. ff. de V. S.* Ut tamen ^{XIII} mancipia excipiantur, quorum exercentes negotiationem, non mercatores, sed venalitarii & mangones appellantur, *l. 11. ff. de negot. gest. l. 73. §. 4. ff. de legat. 3. l. 207. ubi Forner. ff. de V. S.*

Est verò negotiatio alia licita alia illic ita *l. 6. §. 4. ff. de off. XIV pras. l. 2. ff. de jure patron.* De licita tantummodo nos intelligendi: Illicitam in universum omnem illam pronunciat, quæ in Reipublicæ detrimentum vergit.

Scacc. dict. tract. §. 1. quest. 7. part. 3. limitat. 10. n. 2. add. Coll. publ. dict. vol. 2. disp. 9. part. 1. th 9. lit. B.

In specie de vetitis negotiationibus agitur in titulo C. de commerciis, tit. quæ res exportare, tit. quæ res venire tit. de monopolis & in ordinationibus politicis rubric. die monopolia und schädliche Verkauf &c. rubric. von Verkaufung der Frücht im Geld *Coll. Argent. lib. 18. ff. th. 67. § seqq.*

Deinde negotiatio quædam est tenuis quædam ampla ^{XV} & copiosa *Cic. lib. 1. de offic. arg. l. 12. §. 3. C. de cohortal. l. 6. C. de dignitat. addatur. c. preced. n. 8. c. 3. n. 10.*

F 2

quæ

quæ utraque institorum operâ agi poterit. Videtur autem ampla & tenuis negotiatio dici dupliciter, i. ratione distractionis, ut illi amplam negotiationem gerere censeantur, die mit gangen Stücken ins groß handeln / unde vulgò Grossarii, Ioan à Sande Decis. Fris. lib. 5. tit. 6. defin. 2. (ubi præjudiciis supremi Senatus Fris. confirmat, *Eos qui gemmis negotiantur, uti quoque qui cerevisiam per dolia integra vel dimidiata: itemque in majori quantitate per aversionem vendunt, non esse referendos in numerum minutatim vendentium*) & nonnullibi per excellentiam dicuntur Rauffleute: tenuem illi die stückweiß bey der Ehlen und mit Pfunden verkauffen / ad differentiam eorum Kramer appellati. conferantur jam citati textus. secundò ratione quantitatis, prout nempe aliquis vel omnes facultates suas vel majorem minoremve earum partem mercaturæ confert l. 5. ff. de muner. l. 5. §. 8. & 9. ff. de jure immunitat. Utrobique autem mercatores Magnarii & Pantapola splendidioris meliorisq; conditionis habentur, ceu ex citat. II. liquet: quòd pertinet, quòd negotiatores minutatim vendentes ad bonorum cessionem nō admitti deciditur ap. Joan. Papon. lib. 10. rer. in Franc. judic. tit. 10. de cess. bon. arrest. 10. Tenendum hic est non tantum negotiationi quæstuariæ universaliter, uti cum Dd. à se citatis docet Wesemb.

ff. de institor. act. n. 1. & 5. Treutl. vol. 1. disp. 24. tb. 7. lit. B.

sed & ad unum aliquod negotiationis genus aut certum factum præponi posse institorem, ceu evincunt exempla in l. 5. §. 1. & seqq. l. 17. l. 19. ff. de instit. act. l. 8. ff. quodcum eo, inter quæ notabiliter recensentur circitores, quibus vestes vel aliæ res circumferendæ & distrahendæ dantur, in vernacula nostra vocant Haupierer / Tredeler; Umträger d. l. 5. §. 4. ff. de inst. act. Porro

Porro negotiationem aliam possumus facere quasi do-XVII.
 mesticam; aliam transmarinam seu peregrinam, in qua præ-
 cipue factorum & institorum usus est l. 19. §. 3. ff. de judic. l. 10.
 qui & à quib. manumitt. l. 5. §. 3. ff. de jure immunit. potest si-
 quidem unus idemq; mercator plures negotiationes in vari-
 is mundi partibus per ministros exercere *Raphaël. de Turri d.*
tract. part. 3. q. 1. n. 18. Neutram verò hinc exclusam volu-
 mus: neque enim causæ quid videmus, cur illos qui domi
 merces alienas vendunt, institores perhibendi non sint, uti
 vult *Wesemb. in d. §. ff. de instit. act. n. 1. in fin. conf. Excell.*
D. Hahn. Præceptor ac hospes quondam meus etatem colendus. in
notis ibidem. Quamvis ii qui in oris idissitis mercaturam a-
 lieno nomine exercent cum primis factorum appellatione
 efferri soleant. Tandem quædam negotiatio potest dici XIX.
 nautica seu maritima quædam terrestris arg.

XVIII

XIX.

titulorum ff. de exercitor. & instit. act. item tit.
ff. de usur. & de nautico fœnore ibique Gothofr.
lit. A. Wesemb. in d. §. ff. de exercit. act. n. 2.
& de instit. act. n. 1. Magnific. D. Tabor in Filo
Ariadneo ff. addict. tit.

Nauticam dicimus quam magister aut ipse etiam dominus
 vel conductor navis mercibus eam aut vectoribus locando
 exercet l. 3 §. 3. 7. & 12. l. 4. ff. de exercit. act. Terrestrem, XX.
 quæ ex aliis causis geritur: & huic tantum modò, non illi
 qui præficitur institor est; adeò ut licet magister navis mer-
 cibus etiam emendis vendendisque præpositus fuerit, nihi-
 lominus magister maneat & pro institore non accipiatur l. 3.
 §. 3. ff. de exercit. act. add. supr. c. 5.

F 3

CA-



CAPUT IX.

- I. Omnes volunt viliter emere, & carè vendere.
- II. Et hætenus circumscriptio naturaliter licita dicitur.
- III. Imprimis in negotiatione lucrativa.
- IV. Cupiditas lucrandi nimia multorū saepe flagitiorū causa est.
- V. Lucrum justum est permissum.
- VI. Differunt. Factores à mandatariis.
- VII. Similes autem sociis ratione questus.
- VIII. Pro lucro sperato nonnunquam damnum obvenit.
- IX. Vocabula questus & lucrum his promiscuè habentur licè aliàs differant.
- X. Lucrum & damnum propriè quod dicatur.

- I. Quod de privata etiam seu æconomica negotiatione ajunt Imperatores, venditores cariore distrahèdi emptores viliori comparandi votum gerentes ad contractum accedere in l. 8. C. de rescind. vend. sive ut concisius effert D. Augustinus lib 13. de civit. Dei c. 2. omnes velle viliter emere & carè vendere. Atque ut hætenus se circumscribant, naturaliter (id est ob hominum ingenitam cupidinem, necessitates humanas & commerciorum utilitatem; nunquam enim non, quæ est hominum ad dissentendum facilitas naturalis. l. 17. §. 6. ff. de recept. qui arbitri. recept. alter precio se justo majori emisse, alter viliori vendidisse causaretur; ex quo litium materies perpetua & præsentanea commerciorum sufflaminatio, utraque cum reipublicæ ingenti damno conjuncta per
l. 21. ff. de reb. cred. l. 2. ff. de aqua & aqua plu. ar. cend. l. 1. ff. de usucap. junct. l. 5 ff. pro soc. pr. inst. de pænis. rem. litigant. & dicta c. 1.

quare meritò summa hic habetur ratio quæ pro publica utilitate facit l. 43. ff. de religios. & sumpt. fun. add. l. 51. §. 2. ff. ad leg. Aquil.)

47.

Aquil.) licitum pronunciat, ut quod pluris est, minoris ematur, quod minoris est pluris vendatur *l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 22. §. 3. ff. locat. conf. l. 4. l. 11. §. 15. C. de rescind. vendit. c. 13. distinct. 88.* id maxime in negotiatione, quam lucratoriam indigetavimus locum sibi exposcit; lucri siquidem spes & auri sacra fames faciunt, ut

Impiger extremos currat mercator ad Indos

Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes.

Horat
ep. 1.

unde sublata spe quaestus languere mercatum scribit Seneca: & ad ineunda libentius frequentandaq; commercia, aliqua emolumentum captatione alliciendos fuisse homines autumat Joh Robert. Jctus, qui eo quoq; nomine circumventionem, qua de egimus, dolum bonum appellat *in lib. 3. sentent. c. 12.* Nimia tamen & effrenis lucrandi cupiditas facili negotio degenerare solet in varii generis turpitudinum matrem, praesertim apud ultimi subsellii negotiatores de quibus *l. 44. §. 4. ff. de adilit. edict.* non tantum sc. mendaciorum & perjuriorum, *cap. 11. §. seqq. dist. 18.*

Strach. de mercator part. 2. n. 9. Celsus Bargal. de dolo lib. 5. c. 15. n. 8. D. Gwilhelm. Anton. de rescript. morator. conclus. 24. n. 3. §. seqq.

ubi rythmos nostratum §. adagia hanc in rem affert. Sed quoq; aliorum flagitiorum Ecclesiast. *c. 27. v. 4. §. seqq. canon. 2. distinct. 5. de poenitent. add. Strauch. dict. tract. part. 2. n. 6. §. seqq.* Sed missis hisce, justum luerum, puta quod ex laborum sumptuum discriminum aequa aestimatione ac collatione efflorescit, & spectare & sperare quis potest negotiator non illaudatus: *per textus supr. citatos.* Imò juxta diverbium germanicum: *Wer einen ziemlichen Gewinn nimbt / der gibt seinem Nechsten einen Almosen / Christoph. Leheman. in floril. politis.*

- litic. voce Rauffmanschaft. add. Iohan. Nider de contract. mercator. c. 1. n. 16. c. 3. n. 13.* Proinde non eas tantum, quibus ipsi supersumus negotiationes, sed & quas per institores exercemus, ad quæstum referre licet: Ut vel hinc præcipua, qua ab aliis mandatariis & rerum alienarum administratoribus separantur factores, differentia tracta videatur: Namque pro institore aliquis habendus non est, nisi qui quaestus ergo alterius negotio præpositus *l. 1. l. 16. l. 17. §. 2. ff. de inst. act. Paul. lib. 2. sent. tit. 8. §. 1.*
- VI.** Hac ergò ratione institores sociis similes apparent, qui itidem lucri seu quaestus, sed communis, gratia res suas operasvè conjungunt
l. 7. §. seqq. l. 29. §. 2. l. 52. §. 4. l. 67. ff. pro soc. Hilliger. in Donell. enucleat. lib. 13. c. 15. in fin.
- VII.** Illud autem nihil interest an ipsa re acquiratur lucrum, an damnum ex adverso præponenti afferat institoris opera: ut ad eò ab hinc alienum non sit, quod de societate dicitur, eam contrahendo tam lucri quam damni communionem iniri *l. 67. in pr. ff. pro soc.* prout & alibi in negotiorum gestore, ut utiliter gessisse intelligatur, cœptum esse utiliter spectamus,
- IX.** non diversum exitum *l. 11. §. 1. l. 12. §. 2. ff. de negot. gest.* Quæstus autem & lucri vocabula promiscuè habemus, quamvis propriè agendo differant, ut quaestus denotetur qui ex opera alicujus provenit, lucrum, quodvis etiam alterius originis emolumentum seu compendium *l. 7. l. 8. junct. l. 13. ff. pro soc.* De cætero quaestum seu lucrum illud demum perhibent
- X.** Jctiquod omni damno subducto remanet: non aliter ac damnum, quod omni lucro detracto
§. 2. in fin. Inst. de societ. l. 30. ff. pro soc. arg. l. 30. §. 1. ff. de V. S. Carpz in I. P. F. S. part 3 constit. 15 definit. 46. n. 5. Barbos. locuplet. lib. 10. c. 29. axiom. 11.

CAPUT X.

- I. Factor præpositionis formam exactè observet.
- II. Non secus ac procurator limites mandati.
- III. Institori ratione ejus, quod excessit adversus dominum non competit actio.
- IV. Regula de forma præscriptionis servanda, limitatur.
 1. ubi certa forma non est præscripta.
- V. 2. Si institor limites mandati excedendo meliorem reddidit conditionem præponentis.
- VI. 3. Quando in necessariam executionis consequentiam receditur à mandati finibus. n. seq.
- VII. Qui vult consequens vult etiam antecedens.
- VIII. Factor sine certo mandato præpositus ad quod respicere debeat?
- IX. Factor quocunq; modo constitutus debet inchoatam negotiationem exercere, conservare &c.
- XI. Omnes rerum alienarum administratores tenentur rationes reddere actus sui.
- XII. Et inde etiam factores.
- XIII. Liber rationum quomodo consiciendus.
- XIV. Rationes quomodo legitime reddenda.
- XV. Rationibus subscriptis & de super facta quietatione, regulariter non permittitur retractatio.

Rerum nunc series postulat, ut tum de officio Factoris videamus, post etiam de iis, ad quæ præponens obstrictus tenetur. Quod prius attinet, considerabimus illud & promiscuè seu generaliter, & per species. Generaliter ergò Factori incumbit: I. ut legem & conditionem præpositionis probè sibi ob

G

ocu-

oculos statuat, illam constanter & accuratè observet, nec ab ea, sive agendo sive omittendo, vel latum unguem deflectat, sed in eam causam, in quam præpositus est, v. c. merces comparet, vendat, pecuniam mutuò sumptam eroget, *l. 11. §. 5. ff. de inst. act. arg. l. 7 pr. junct. §. 2. ff. de exercit. act.* in quo imaginem mandatarii, nam & præpositionis forma sæpè appellatur mandatum.

l. 5. §. 15. ff. de instit. act. l. 8. ff. quod cum eo qui in alien. pot. l. 1. §. 12. de exercitor. act.

II. omninò refert institutor, quòd limites mandati seu formæ præscriptæ non minùs diligenter custodire teneatur, quàm procurator *l. 5. ff. mandati. l. 12. C. §. 8. inst. eod.* imò quemadmodum procurator quatenus formam mandati excessit, eatenus procurator esse non intelligitur *l. 5. pr. §. 2. l. 33. ff. mandati.* adeoque ex ejusmodi gestu contrahentes cum mandatario nullam in mandantem sibi obligationem acquirunt, sed hic v. gr. rem à procuratore suo ita venditam liberè vindicat *l. 5. §. 3. 4. ff. mandati. l. 12. C. eod. l. 1. §. 3. ff. de except. rei vendit.* eundem in modum præponens ex contractibus institutoris extra præpositionis formam gestis institutià conveniri nequit,

l. 19. §. 3. l. 5. §. 11. seqq. l. 11. §. 5. ff. de instit. act. ubi Wesemb. in w. d. §. 1. n. 3. & Excell. D. Habn. in obser. ad d. n.

III. ut & hæcenus pro institutore non haberi præpositum, non minùs hinc manifestò elucescat, aliàs enim actio institutoria denegari non posset. Ex quo nunc ulterius consequitur, ratione ejus quod excessit institutori actionem adversus præponentem non competere, ceu & in mandatariis explorati juris est, *l. 3. §. 2. l. 4. l. 41. ff. mandat. §. 8. instit. eod.* Quinimò illius vi compara-

§1.

parationis & similitudinis freti, easdem, quæ regulæ de finibus mandati custodiendis quadrant, limitationes etiam nostræ huic de lege præpositionis servanda, commodè aptari existimamus: Nimirum obtinere eam i. ubi certa forma præscri- IV: pta, l. 35. l. 46. ff. mandati. ubi D. Franzk. in comment. n. 80. quo referre possemus, quod habetur in l. 11. §. 5. ff. de instit. act. si præpones in conditione præpositionis ita variavit, ut quomodo agendum & quid sequendum sit, pervidere non valeat institor, tunc eum formæ isti haud existere alligatum, v. c. si dominus modò vetet modò permittat contrahi cum aliquo, potest contrahere institor & tenetur præponens. Pertinet huc etiam casus, quo dominus certè quidem rei præposuit institorem, sed postea ipsum & alia negotia agere permisit ac quasi in omnibus suo nomine substituit: tacitè enim plenius mandatum dedisse intelligitur, adeoque de reliquis etiam ex fide tamen gestis tenetur, utut lege præpositionis non comprehensis. l. 8. ff. quod cum eo qui & c. add. l. 60. §. 4. ff. mandati. 2. Si V. institor limites mandati excedendo meliorem fecit præponentis conditionem v. c. merces minoris emendo aut majoris vendendo l. 5. §. 5. ff. mand. voluntati enim & intentioni præponentis hoc consentaneum, utpote qui quæstus ergò præposuit institorè, atq; ut is carius vendat & viliùs emat, omninò voluisse censetur. l. 16. ff. de instit. act. cap. preced. n. 1. seqq. quæ autem negotia ex natura sua insunt, pro cautis & expressis habentur l. 3. ff. de reb. cred. cunctaque ad præsumptam voluntatem & commodum præponentis vel mandantis reduci oportet, l. 1. l. 16. de instit. act. j. l. 46. l. 60. §. 4. ff. mand. 3. Quod à forma præscripta recedere liceat, quatenus id in VI. illius exsequendæ necessariam consequentiam fit l. 56. l. 62. ff. de procurator. Regulare enim est, non tantum pri- VII. vatis

G 2

vatis



vatis sed & in publicis causis, ut qui vult consequens, necessarium quoque antecedens velle censeatur.

l. 2. ff. de jurisdic. arg. l. 10. ff. de servit. urb. prad. l. 3. §. 3. ff. de S. R. P. l. 6. de aliment. & cibariis. legat. §. 2. I. cui & quibus ex caus. manu. §. 1. I. qui test. tut. l. 5. C. de necess. serv. hered. instit. & c.

Atque hinc est quod institor ad emendas saltem merces præpositus, possit etiam pecuniam mutuam accipere, quia scilicet absque ea merces comparare nequit

l. 5. §. 13. l. 19. §. 2. ff. de instit. act. add. l. 1. §. 8. ff. de exercitor. act.

item, quod creditori pro se fideiussorem constituere *d. l. 5. §. 16.* quod mensæ nummulariæ præpositus, chirographum creditori dare eoque nomen præponentis obligare possit *l. 20. ff. de instit. act.* Alia exempla in dict. *l. 5. §. 13. seqq. & dict. l. 1. §. 7. seqq. l. 7. ff. de exercit. act.* Quid autem si nulla existat præpositionis formula? ceu contingit, quando quis absolute institutoris officium suscipit. Et putamus isto in officio exsequendo ad duo respicere debere factorem. I. ut in omnibus commoda domini juvet ac promoveat, ne scilicet damnosa ipsi sed potius quæstiosa sit negotiatio, arg. *l. 1. l. 16. de instit. act.* adeoque unò verbò utiliter rem gerat, *l. 10. §. 1. l. 12. §. 2. ff. de negot. gest.* 2. ut eadem & eodem modò agat, quo dominus agere consuevit: quando enim novas & insolitas negotiationes gerit, si quod damnum ex ea re secutum, institutorem sequetur: lucrum verò dominum. *l. 11. ff. de negot. gest. add. l. IX. §. 3. de in rem vers.* II. Omnino debet exercere negotiationem, consummare, explicare & conservare, sive interveniente mandato *l. 5. §. 1. l. 22. §. 11. l. 35. l. 60. §. 4. ff. mandat sive.*

53.
 five societate, l. 21. §. 2. ff. de negot. gest. arg. l. 40. ff. pro soc.
 five quasi contractu negotiorum gestionis l. 6. §. 12. l. 21. §. 2.
 ff. l. 20. C. de negot. gest. five locatione l. 22. C. locati five con-
 tractu innominato l. 5. §. 4. de prescript. verb. five aliis modis
 factor constitutus est. In universum enim voluntatis qui-
 dem est officium vel negotia suscipere, at necessitatis con-
 summare l. 17. §. 3. ff. commodati. Nec aliud in iis dicendum, X.
 qui potestati nostræ subsunt, filiis puta & servis, imprimis e-
 nim hi jussibus domini patrisve obtemperare & commissa
 negotia expedire debent

§. 1 I. de his qui sui vel al. juris. l. 23. §. 1. ff. de
 usufr. §. 3. l. de usu & habit. l. 2. ff. de just. &
 jure. tit. ff. de obseq. parent. & patron. t. tit.
 C. de patr. potest. arg. l. 4. l. 157. 167. ff. de
 R. I.

unde & frequentissima eorum mentio in tit. ff. & C. de instit.
 act. §. 2. & seqq. Inst. quod cum eo qui & c. nec obstat l. 10. ff. de
 obseq. parent. & patron. ubi dicitur: pietatem liberi parentibus
 non operas debent. Loquitur enim ibi Jctus de filiis eman-
 cipatis, & quòd emancipationis causâ frustra de iis operas
 stipuletur pater. add l. 4. ff. si à par. quis manumiss. Excell. D.
 Eichel Præceptor quondam meus ætatem venerandus, de
 jure quo natur. par. & lib. & c. part. 2. §. 9. & seqq.

III. Quod in iis, qui suo nomine mercaturas agunt, XI.
 solertis & utilissimæ prudentiæ, ut nempe calamo non par-
 cant, sed actus sui rationem diligenter conficiant, Benven.
 Strach. de mercat. p. 2. n. 15. add. n. 51. Id præterea in Factori-
 bus i. necessitatis: uti enim omnes rerum alienarum admi-
 nistratores gestionis suæ rationes & conficere & reddere te-
 nentur

G 3

arg.

arg. l. 9. ff. de edend. cap. 17. vers. legitur n. extr. de accusat. Dec. cons. 178. n. 1. Thoming. vol. 1. cons. 50. n. 32. Hieronim. Marilian. decis. 13. n. 4. & 6. Munoz. de Escobar de ratiociniis administrat. c. 3. per tot. Petrus Frieder. lib. 2. de process. extrah. c. 49. n. 1. & 14.

XII. Ita in factoribus idem obtinere nulli dubitamus: quod quidem de servis institoribus patet

ex l. 8. §. 5. l. 28. §. 7. & 9. ff. de liberat. legat. l. 18. l. 37. l. 41. §. 7. 9. & seqq. ff. de fideicommiss. libert. l. 5. l. 13. §. 2. l. 26. l. 31. 34. §. 1. l. 40. ff. de stat. lib. l. 34. ff. de liberali causa. l. 69. §. 4. l. 119. ff. de legat. l. 23 §. 2. 3 ff. de pecul. leg. l. 32. l. 50. & passim ff. de condit. & demonstr. l. 3. C. quibus ad libertat. proclamare & c.

nec aliud de filiis familias dicendum, quorum causam, quod negotium institorium & similia attinet, tantum non perpetua cum servis comparatione jungi videmus *pr. & §. 6. Inst. quod cum eo qui. & c.* In specie autem ad reddendas actus sui rationes illos teneri factores, qui per negotiorum gestionis, societatis, mandati, locationis vel innominatos contractus constituti, juris tralatitii est,

§. 1. Inst. de oblig. qua quasi ex contract. l. 2. ff. de negot. gest. l. 46. §. 4. ff. de procurator. l. 9. in pr. ff. de edendo add. l. 5. §. 2. ff. de prescrip. verb. Escobar dict. tract. c. 3. n. 3. & 6.

eò imò porriguntur dicta, ut etiam subfactores seu illi, qui de aliorum administratorum mandato administrant, domino rationem dare teneantur, post Rebuffum Barbat. *vol. 5. cons. ult. dubio. 4. De Escobar. dict. c. 3. n. 4.*

Ut

XIII.

Ut verò rationes legitimè confectæ habeantur, sequen-
 tia desiderantur. 1. ut frons Codicis inscriptionem rei ac-
 commodam præ se ferat, quâ sc. & nomen scribentis se *facto-*
ris, & causa seu negotiationes earumq; dominus indigitetur
Decius conf. 21. n. 1. & 6. Strach. de mercat. p. 2. n. 53. & seqq.
Escobar. dict. tract. lib. 1. c. 10. n. 42. 2. ne rationes schedis ma-
 lè coherentibus & chartabulis perfunctoriè illinantur, sed in
 libris solemnibus & juxta morem solertium mercatorum ac
 cujusq; loci compositis describantur. *vid. Strach. part. 2. n. 59.*
 solent enim mercatores duorum generum uti libris: adver-
 sariis, in quæ, memoriæ saltem juvandæ & prout res incidit,
 varia absq; ordine coniectant; & codice, quo de nos loqui-
 mur, qui omnia diligenter justâq; serie ac eleganter digesta
 complectitur. Illa tali *giornale*, Hispani *borradoro manual*,
 istum *libro maestro* Itali, Hispani librum *de Caxa* appellant *E-*
scobar. dict. c. 10. n. 35. Strach. d. part. 2. n. 51.

3. Debet scriptum clarè perspicuè ac ita exaratum esse,
 ut nec falsitatis suspitioni pateat locus, nec socordix vel ne-
 gligentix coargui possit factor: unde carere debent libri
 cancellationibus, inductionibus, lituris, incisionibus,
arg. l. 1. & seqq. ff. de his quæ in test. delent. cap.
5. X. de fid. instrument. post Baldum vol. 4. conf.
382. n. 14. & alios. Stracha d. part. 2. n. 63.
& seq.

& per literarum consequentias omnia exprimi, non per ab-
 breviaturas seu notarum obscuritates, *arg. l. 2. §. 22. l. 3. §. 22.*
C. de jur. vet. enucl. Escobar. dict. c. 11. n. 71.

4. Imputationes, accepta & expensa probe referri o-
 portet *l. 82. l. 111. ff. de condit. & demonst. arg. l. 26. §. 2. ff. depo-*
sit. l. 6. §. 3. ff. de edend. l. 2. §. 2. ff. de administ. rer. ad civitat. l. 31.
 §. 1.

7



§. 1. ff. de liberat. legata. Gail. lib. 2. obs. 20. n. 3 quæ ratio ut legitimè facta censeatur, necesse est præscribi. i. diem datorum acceptorumq;

Anton. Faber. in C. lib. 4. tit. 16. def. 5. n. 1. Strachba d. part. 2. n. 61. Hartm. Pist. obs. 86. sed confer. Escobar. d. tr. c. 10. n. 53. seqq.

2. Nomina personarum, quæ dederunt vel acceperunt arg. l. 26. §. 2. ff. depositi Escobar dict. c. 10. Strachba part. 2. n. 57.

3. causas seu titulos datorum acceptorumque, arg.

l. 49. §. 2. ff. de pecul. l. 26. ff. de donat. l. 5. C. de exact. tributor. l. 4. C. de suscept. D. Carpz. lib. 3. respons. Elect. 58. n. 10.

utut alioquin ex more mercatorum subsistere obligationem absque insertione causæ, scribat *Elbert. Leonin. cons. 12. n. 13.* Adeoque, ut generaliter dicamus, non in folle & summatim ratio putanda, v. c. si scribere vellet factor, à principali meo accipi mille, & quingentos thaleros iterum expendi: sed omnia capita sigillatim, per partes ac minutatim exprimenda, à quo nempe, quid, quantum, quale, quando & quibus ex causis acceptum erogatumve sit

Stracha. dict. p. 2. n. 58. De Escobar. dict. c. 11. n. 48. & seqq. Joan. Gars. de Expens. & melior. c. 20. n. 22. seq.

aliàs enim non est, quo de singulis instruatur dominus, ut explorare sciar, imputationes probè animprobè referantur, accepta rectè relata an non rectè? cui tamen usui rationum, conficiendum necessitas destinatur *l. 82. ff. de condit. & demost. l. 37. ff. de fideicommiss. libert.*

Illud verò nihil interest, ipsene factor propriâ manu, quod per *l. 13. C. de numerat pecun.* necessarium pronunciant

Gaill.

Gaill. lib. 2. obs. 20. n. 3. Finckeltauß obs. 79. n. 15. an ejus nomine subinstitor aut alius quisquam rationes conscripserit: nec verò contrariæ sententiæ ullum ex dicta l. 13. subvenit argumentum. vid.

Stracha part. 2. obs. 65. Hartm. Pist. obser. 83. n. 15. Escobar. dict. c. 11. n. 67. Carpz. dict. resp. 58. n. 14.

Reddendarum autem rationum nomine factor dupli- XIV
cis constringitur obligationis vinculo: uno dandi, altero faciendi l. 82. ff. de condit. & demonstr. ad posteriorem articulum pertinet i. ut volumina rationum memorato hactenus ritu legitimè concinnata edantur exhibeanturq; l. 8. §. 5. ff. de liberat. legat. l. 9. ff. de edendo. l. 13. §. 2. ff. de manumiss. testam. una cum cautionibus & omnibus actus sui instrumentis l. 82. ff. de condit. & demonstr. arg. l. 46. §. 5. ff. de administr. tut. l. 1. 2. & 4. C. de in litem jurand. 2. ut fides acceptorum & expensorum examinentur, illamq; utrisque constare probet factor, muß die Ausgaben verificiren

l. 82. l. 111. ff. de condit. & demonstr. l. 2. §. 2. ff. de administrat. rer. ad civit. pertin. vid. Munnozius de Escobar de ratiociniis administratorum lib. 1. c. 10. n. 58. & seqq.

ubi tradit præsumptionibus quoque & conjecturis probationem istam impleri posse. Fallit autem illud in expensis modicis, quarum ratione statur juramento administratoris *Johan. Garfias de expens. & meliorat. c. 20. n. 23. Francisc. Baltas. dict. resol 8. n. 13.* quo in membro, ceu & alias in obscuro & incerto negotii hujusmodi genere, judex omnia ad bonum & æquum expendere debet: quod non minus causæ hujus utpote ad forum mercatoris pertinentis, genius desiderare

H

derare

derare & scrupulositates nimias respuere videtur, conf.
*l. 5. ff. de statu liber. l. 119. ff. de legat. 1. Menoch.
 de arbitrar. jud. quest. lib. 2. cap. 209. n. 34. Pe-
 trus Heigius quest. 20. n. ult.*

unde etiam olim, ceu assolet in bonæ fidei judiciis, arbiter
 à Prætoꝛe dabatur, apud quem ratio ex fide redderetur. *l. 37.
 ff. de statu liber. l. 43. ff. de liberal. caus.*

3. Ut calculus exactè subducatur: citra calculationem
 enim præstita liberatio non valet *Balthas. dict. resol. 8. n. 9.
 conf. Salgado de Somoza in labyrintho credit. part. 3. c. 7. n. 21. &
 seqq.* supputatio autem & dispunctio semel facta, non nisi
 gravibus ac legitimis ex causis reperitur & denuò instituitur,
 de quo latè de Escobar *dict. tract. lib. 1. c. 41. per totum. 4.* De-
 nique quod primo loco exponendum fuisset, debet factor
 omnium mercium ac rerum sibi à præponente traditarum
 inventarium producere: exordium siquidem & caput omni-
 um rationum est inventarium, nec absque eo aut alia de-
 scriptione sufficienti rationes præstari & dispungi que-
 unt.

*Johan. Gutierr. part. 3. var. resol. 1. n. 30. Gaill.
 lib. 2. obs. 138. n. 6. Jacob. Schultes in addit.
 ad Modestinum Pistoris part. 3. quest. 126. n. 47.
 Carpz. in I. P. F. S. part. 2. const. 11. def. 4.*

Priori obligatione, dandi sc., continetur i. ut factor omnia
 quæ vel bonâ vel malâ ratione reliquatus est, inferat & de-
 solvat *l. 40. in pr. & §. 3. ff. de stat. liber. l. 82. l. 111. ff. de con-
 dit. & demonstr. l. 4. C. de testam. manumiss.* præcipuus enim
 in reliquorum restitutione finis rationum vertitur, ad quem
 omne earum negotium ordinatur arg.

*l. 31. l. 34. §. 1. l. 13. §. 2. ff. de stat. liber. Natta
 lib.*

59.

lib. 2. cons. 338. n. 8. D. Carpz. lib. 5. respons. Elect. resp. 69. n. 5. in fin.

pro debitoribus tamen, quibus domini nomine credidit, pecuniam refundere non tenetur: quod si fecerit, adversus nomina istorum debitorum actiones prestare compellendus est dominus *l. 23. in pr. ff. de pecul. legat* nec nomina ista prestare idonea factor tenetur *l. 41. §. 17. ff. de fideicommissar. libert.* modò eò tempore, quò creditum, ejus fuerint conditionis, ut diligens paterfamilias his crediturus fuerit. *l. 111. ff. de condit. & demonstr.*

2. Alias quoq; res vel pecunias, quas rationum nomine detinet restituere cogitur *l. 23. §. 3. ff. de pecul. legat. l. 37. l. 41. §. 11. ff. de fideicommiss. libert. l. 4. C. de Testam. manumiss.* quò pertinent apochæ, chirographa & cæteræ cautiones ac instrumenta: nec non ipsa rationum corpora seu volumina, nam nec ea factori retinendi jus est


l. 31. §. 1. ff. de liberat. legat. l. 13. §. 2. ff. de manumiss. testam. l. 37. ff. de fideicommiss. libert. add. Balthas. dict. tit. 5. resol. pract. 8. n. 8. vers. ita.

Atque ista omnia, quæ de dandi articulo diximus, in tantum vera sunt, ut obtineant quoque, licet dominus factorem inexcussum relinqui jusserit aut rationes ab eo exigiverit, arg. *l. 119. ff. de legat. 1. l. 23. §. 3. ff. de pecul. legat. l. 12. ff. de liberat. legat.*

Quibus omnibus ita perfectis subscriptio rationum arg. *l. 12. ff. de liberat. legat. & liberatio seu quietatio, de qua vid. XV. de Escobar. dict. tract. lib. 1. c. 30. per totum.* subsequi solet: unde postmodum ad rationes iterum reddendas quis non tenetur *Berlich. part. 2. conclus. pract. conclus. 12. num. 44.*

H 2

Bal-



Balthasar. dict. resolut. 8. n. 17. nisi vel error in supputando arg.

l. 29. §. 1. C. de transact. Heig. dict. quest. 20. n. 36. Escobar dict. lib. 1. c. 14. n. 6. & seqq. Carpz. lib. 5. respons. Elector. 69. n. 15. & seqq.

vel dolus, quod fortè rationibus non omnes summas vel res intulit aut nonnulla fraudulenter occultavit factor, intervenisse doceatur

l. 8. §. 6. l. 9. l. 12. ff. de liberat. legat. l. 119. ff. de legat. 1. Mascard. de probat. conclus. 1256. n. 18. Hartm. Pistor. obs. 158. n. 12.

CAPUT XI.

- I. *Qualem culpam factores prestare teneantur?*
- II. *Preponens factori impensas erogatas earumq; usuras resarcire & omnino indemnes servare cogitur.*
- III. *Factores ad partes officii explendas quâ actione cogi possint. n. seqq.*
- IV. *Inter patrem & filium, dominum & servum nec obligatio nec actio consistit.*
- V. *Quod limitatur.*
- VI. *Servus institor, manumissus non tenetur.*
- VII. *Cum libero homine bona fide serviente negotiorum gestorum agere possumus.*
- VIII. *Factores sui juris variis actionibus conveniri possunt.*

Per partes ac specialiter dispecturo qualem curam diligentiamve exercendis negotiationibus accommodare debeant factores, diversi, quibus constituuntur modi contemplan-

plandi veniunt: ut adeò hæc inquisitio extraneos saltem, non eos, qui potestati subsunt præponentis, contingere videatur. Et quidem ex singulorum contractuum huc pertinentium propriis sedibus ista repeti convenit. Ita *factores* qui citra I. mandatum domini agunt negotia, de levissima culpa regulariter tenentur

§. 1. *Inst. de oblig. qua quasi ex contract. l. 24. C. de usur. l. 23. ff. de reg. jur. add. l. 6. §. 12. ff. de negot. gest. l. 25. §. 16. ff. de famil. hercisc. D. Ungepau. exerc. just. 12. quest. 8. Magnif. D. Schük p. m. disp. 15. tb. 16. Excell. D. Habn. ad Wesenb. de negot. gest. n. 10.*

Summam quoque diligentiam impendere debent qui mercede locavere *l. 9. §. 5. l. 13. §. 5. l. 25. §. 7. ff. locat. conduct.* aut alicujus ex mandato gratis operam suam addixere

l. 13. l. 21. C. mandat. add. l. 18. ff. de adilit. edict. Bocer. ad l. 23. ff. de R. I. c. 4. n. 43. Donellus lib. 13. comment. juris civil. c. 11. ibiq. Hiliger lit. D. & E. D. Hunnius variar. resol. lib. 3. tract. 7. quest. 3. part. 4. D. Richt. de contract. disp. 12. tb. 3.

quã tamen in re, cum & facti magis quàm juris sapiat quaestionem, religioni judicis omnia momenta prudenter & humaniter circumspecturi haud pauca relinqui fas erit. *conf. Galil. lib. 1. obs. 45. n. 5. Jcti Marpurg. vol. 2. conf. 20. n. 1. & seqq. iis verò, si quid levissimã negligentia vel omissum vel admissum non imputatur, qui vel societate §. ult. inst. de societ. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 52. §. 2 & 11. l. 59. §. 1. l. 72. ff. pro soc. vel contractu innominato utriusque, ceu hîc assolet, gratiã interveniente l. 5. §. 4. l. 17. §. 2. & 4. ff. de prescript. verb. junct. l. 5. §. 2. ff.*

H 3

com-

7



II. *commodat. factores* constituti fuerint. Dominus vicissim seu præponens ad impensas, si quas erogarunt *factores*, earumque usuras refundendas, ac damna, si quæ exerciti negotii occasione passi, sarcienda tenetur

l. 12. §. 9. l. 27. §. 4. ff. l. 1. C. mandat. l. 38. §. 1. l. 52. §. 4. 12. §. 15. ff. pro soc. l. 19. §. 1. l. 55. §. 1. l. 60. §. 4. §. 8. ff. locat. l. 25. l. 27. ff. l. 18. C. de negot. gest. l. 37. ff. de usur.

nec denique non ad liberandum ab obligationis nexu, quam *factor* præponentis nomine subiisse dignoscitur *l. 45. pr. ff. mandat. l. 2. l. 28. ff. de negot. gest. cum & ex hoc capite instituti teneatur dominus illis, quibus factor increditum iuit l. 1. l. 5. §. 13. seqq. l. 19. §. 2. ff. de instit. act. add. l. 1. §. 7. seqq. ff. de exercitor. act. de qua actione alibi. Ad mercedem quoque desolvendam, aut aliud, prout convenit, emolumentum præstandum communicandumve obstringitur dominus*

l. 13. §. 10. l. 15. §. 6. ff. locat. l. 52. §. 2. ff. pro soc. l. 13. ff. de præscript. verb. addatur supr. c. 5. n. 3. §. 6.

& in universum, ut indemnes serventur factores, volunt leges, quæ nemini officium suum damnosum esse patiuntur

l. 7. ff. quemad. testam. aperiant. l. 61. §. 5. ff. de furt.

III. in terminis nostris *Elbert. Leonin. consil. 84. num. 7.* quæ omnia ex peculiaribus juris articulis latius repetenda: prolixiores enim hîc esse si eligeremus, commentationis huius amplitudini potius, quam instituti scopo favere aut inferre videremur. Quibus porro actionum remediis & factores & præponentes ad officii partes explendas, ac reliqua quæ debent, præstanda compelli queant, non minus ex hactenus dictis facili negotio quis definiverit. Secernendi tamen homines extranei ab iis, qui patriam vel dominicam mercem exer-

exercent institores. Patrem enim inter & filium familias, do- IV.
minumq; inter & servum nec obligatio consistere potest, nec
actio.

*l. 4. § 11. ff. de judic. l. 7. ff. de O. & A. l. 16. l. 17. pr.
ff. de furt. l. 7. ff. de lege Cornel. de fals. §. 12. inst.
de oblig. ex delict. l. 13 in fin. C. de transact. l. 6. C.
an serv. pro suo fact. §. 6. inst. de inutil. stipulat.
§. 6. instit. de noxal. act.*

Quod tamen in filio familias limitatur ratione Castrensis pe- V.
culii, cum in eo pro patre familias habeatur *l. 4. ff. de judic. j.
l. 2. ff. de contrah. empt. l. 18. ff. ad legem falcid.* Quia etiam servi,
multò magis filii familias, naturaliter obligantur obligantq;
*l. 14. de O. & A. l. 19. pr. ff. de negot. gest. l. 32. ff. de R. I. & verò
naturalia debita spectamus in peculii deductione, l. 11. §. 2. ff.
de pecul.* inde si quid servus vel filius ex administratione insti-
toria & rationum reliquiis nobis debet, actione de peculio
conventi vel ex peculio deducemus, quia pravenisse & cum
servis filiisve nostris egisse credimur,

*l. 9. §. 2. § seqq. l. 11. §. 1. seqq. l. 49. §. 1. § 2. ff. de
pecul. §. 4. § 5. Inst. quod cum eo qui.*

nec aliud in tributoria existimandum, qua pulsatus dominus
vel pater ad instar creditoris extranei in tributum vocatur.

*l. 1. pr. l. 5 § 6. § seqq. l. 12. § passim ff. de tribu-
tor. act. §. 3. 5. § 6. instit. quod cum eo qui § c.*

In tantum autem obtinent, quæ diximus, ut de eo actu, quem VI.
servus institor dominicæ mercis in servitute egit, manumis-
sus nec ipse teneatur, nec eo nomine contra dominum ullam
habeat actionem,

*§. 6. inst. de nox. act. l. 37. ff. de fideicommissar. li-
bert. l. 28. §. 7. ff. de liber. leg. l. 1. C. an serv. pro
suo fact. l. 4. C. de testam. manumiss* nisi

nisi liber factus in eodem gestu perseveraverit, & postea gesta cum præteriti temporis negotiis ita fuerint connexa, ut sine his ratio libertatis tempore administratorum expediri non queat: iudicium enim vel mandati vel negotiorum gestorum locum habebit.

l. 17. ff. l. 20. C. de negot. gest. l. 37. §. 1. ff. de administr. tut. arg. l. 13. ff. de tutel. Et ration. distrab.

dolus tamen & culpa in servitute admissa in obligationem non debet revocari, sed attendi saltem, quid reliquum fuerit tunc, cum primùm liber esse cœperit, *l. 19. §. 1. ff. de negot. gest.* Cum libero quoque homine bonâ fide nobis serviente, cui negotiationis nostræ exercitium mandavimus, negotiorum gestorum, non mandati, agere possumus, *l. 19.*

VIII §. 2. ff. de negot. gest. Quod extraneos & sui juris factores attinget, cum iis jam mandati, jam negotiorum gestorum *l. 1. ff. de instit. act. l. 37. §. 1. ff. de administr. tut.* jam ex locato *l. 1. §. 18. ff. de exercitor. act. junct. l. 11. §. 8. de inst. act.* jam pro locatio actione, jam præscriptis verbis aut conditione causa dati experiri possumus, ceu ex dictis *supr. c. 5.* consequens est. Quandoque etiam actioni reali hypothecariæ locum esse volunt, sic ubi sc. tutor minoris intuitu merci ipsius factorem præposuit, post

Bart. Angel. Iason. Negusant. de Escobar. de ratiocin. lib. 1. cap. 39. n. 16.

CAPUT XII.

- I. Factoris constitutionem qua impediunt?
- II. Res etiam immobiles in depositi contractum cadunt.
- III. Capitis diminutione factor quis esse desinit.

IV. Mor-

65.

- IV. Morte item naturali.
- V. Factoris non redditis rationibus defuncti, heredes tenentur.
- VI. Officium factoris morte proponentis non solvitur.
- VII. Mutatione autem status sive factoris sive proponentis solvitur.
- VIII. Vti & deniq; remotione à domino facta.

Supereft ut ea denique caufarum documenta excutiamus, quibus Factor Inftitorve quis eſſe aut non intelligitur, aut deſinit. Prioris notæ argumenta ex integra præcedenti tractatione paſſim eluceſcunt V.G. ſi quis planè non præpoſitus, I. vel præpoſuit ac præpoſitus, qui præponere ac præponi non potuit, vid. *ſupr. c. 3. & ſeqq.* aut ſi non quæſtus ſed alterius rei gratia præpoſitus, *ſupr. cap. 9.* cujus generis etiam eſt, qui tabernæ quidem præfectus, ſed contrahere veritus eſt, is enim magis cuſtodis loco quàm inſtitoris eſſe dicitur in *l. 11. §. 6. ff. de inſtit. act.* unde obiter obſervamus, res quoque im- II. mobiles v. c. inſulam, ædificium, tabernam in depoſiti contractum venire, cùm iſtius naturæ res cuſtodiendæ dari poſſint, uti præter

d. l. 11. §. 6. junct. l. 5. §. 1. ff. de inſt. act. patet ex l. 15. §. 2. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l. 11. ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. 49. ff. de oper. libert.

Deponere autem nihil aliud eſt, quam cuſtodix alicujus rem commendare *l. 1. l. 24. ff. de poſ. l. 61. §. 7. ff. de furt.*

Deſinit autem quis factor eſſe ex variis caufarum figuris, quarum ipſum aliæ factorem, aliæ præponentem reſpiciunt. Illæ porro vel ſervis ac filiis familias propriæ, vel non
 I sunt

7



III. sunt. Ad proprias referimus status seu capitis mutationem cum contraria servi filiive voluntate conjunctam: Emancipatus enim ut factoris in officio perseveret, cogi invitus non posse videtur, cum libertatis causa parens operas à filio frustra stipuletur *l. 4. ff. si à par. quis manumiss. l. 10. ff. de obseq. parent. & patron. licet jurejurando intercedente dict. l. 10. l. 56. ff. de fidej. l. 7. ff. de oper. libert. secus in servo, quem dominus manumittens ad operas honestas, liberales, non indecoras & possibiles l. 7. §. 3. l. 16. & seq. l. 26. l. 38. l. 50. pr. ff. de oper. libert. sive stipulatione sive juramento obligare potest, l. 5 l. 7. l. 10. & passim. ff. dict. tit. l. 36. ff. de manumiss. testam. adeoq; etiam ad negotium seu negotiationem exercendam, quam in rem textus expressus in l. 38. §. 1. ff. de oper. libert. Quia verò libertus ad præstandas, si non promisit, operas compelli nequit *l. 22. §. 1. l. 31. ff. de oper. libertor. l. 26. §. 12. ff. de condict. indebit. inde quoque servus institor liber factus in eodem actu perseverare invitus non cogitur arg. l. 37. §. 1. ff. de administ. tut. l. 17. & seqq. ff. de negot. gest. volentibus autem filiis familias vel servis in eodem officio post manumissionem continuare quin liceat, dubio caret per dict. l. 37. §. 1. dict. l. 17. & seqq. unde varietate status non mutari periculi**

IV. causam scribit Jctus in *l. 19. ff. de instit. act.* Tam extraneorum factorum, quàm potestati subjectorum officium exspirat. I. morte naturali uti enim in mandato ac societate ita & hic certæ personæ industria electa censetur.

§. 10. inst. de mand. l. 27. §. 3. l. 57. ff. eod. l. 4 §. 1. l. 59. l. 60. l. 63. §. 10. ff. pro soc.

tentari etiam possit, factoris non secus ac procuratoris hæredes, re non amplius integra, exequi negotium posse dict. §. 10. d. l. 27. §. 3. ff. mandat. junctis iis quæ de affinitate utriusq; muneris

67.

neris in præcedentibus subinde notavimus. Id constat, *factore* non redditis rationibus defuncto, hæredes ejus teneri

De Escobar de ratiocin. admin. c. 3. n. 31. Fr. Balthas. tit. 5. resol. pract. jur. Bav. 8. n. 3. & 8.

Morte autem præponentis non extingui officium factoris, nisi is vel remotus ab exercitio mercium, vel palam ac legitime proscrip- tum fuerit, ne cum ipso contrahatur: dicere antevertimus *supr. 4. n. 9. & seq.*

add. Elbert. Leonin. consil. 84. n. 9. Salgado de Somoza labyr. credit. part. 2. c. 9. n. 112. seqq. Trentacing. lib. 2. var. resol. 10. rubr. de procurator.

ut proinde ex actu institoris conveniri possint præponentis hæredes, sive decessisse dominum sciverint, sive ignoraverint contrahentes

l. 5. §. penult. l. 17. §. 3. ff. de instit. act. vid. Arum. disp. 12. ad π. th. 4. Bach. de act. disp. 8. th. 10. lit. A. D. Meier. Endox. Justin. decad. 5. c. 5.

palam autem ac legitime proscrip- tum accipitur, quod lingua usitata claris literis in loco publicis conturbis patenti & unde de plano legi possit, propositum habetur *l. 11. §. 4. & seq. ff. de instit. act. Salgad. d. c. 9. n. 147.*

II. Mutatione status sive factori sive præponenti contingente officium quoque institorium expirare Dd. volunt communiter, uti si v. c. alteruter decoxerit, bonis cesserit &c:

Trentacing. dict. resol. 10. n. 5. Wesenb. in com. C. de instit. act. n. 20. Scacc. de commer. & camb. §. 2. gloss. 5. n. 401. seq. Raphaël de Turri de camb. disp. 1 quest. 17. n. 31. seqq. Salgad. d. tract. part. 1. c. 28. n. 2. seqq.

I 2

ut

7

7



ut tamen ex eo, quod ignorantia istius mutationis gestum
cum institore, obligetur dominus

*Stracha de decoctor. p. 3. n. 52. add. Scacc. dict. gloss.
5. n. 406. seq. Salgad. d. p. 1. c. 27. n. 108. seq. c. 28.
n. 33. seq.*

VIII Dominus quoque potest remove re institorem aut ne cum
ipso contrahatur prohibere, eodem quem hactenus diximus
effectu

l. 11. pr. §. 2. 5. & 6. l. 17. §. 1. ff. de instit. act.

Tantum de materia hac dixisse sufficiat; Nunc DEO
T. O. M. hujus instituti nostri principio, medio & termino
debitas persolvimus gratias.

F I N I S.

Eximio & Præstantissimo DN. RESPONDENTI Amico &
Convictori suo perdilecto

Impiger extremos currit Mercator ad Indos,
Nempe sibi ut mercem comparet ipse probam.
Ingenii ut mercem tu, SCHUMACHERE, reportes,
Nostra accessisti limina culta Scholæ.
Hic ubi summa Tibi, spaciofa volumina Juris
Versare, assiduâ cura laborq; manu est.
En bene cessit opus? merx his tibi contigit oris
Splendida, quâ multum mens tua docta nitet.
Quin etiam ulterius nunc publica pulpita scandens
Difficiles nodos, arte juvante, secas.
Gratulor hos ausus, victrix quæis palma coronam
Spondet, quæ Patri, quæ sit honore Tibi
Sic onerare tuam mentem post pergito merce
Phœbeâ, Eoas quæ superabit opes.

Indu-

Indubiè Tibi tunc surgont Virtutis honores,
Surget in Aonio gloria magna choro.
Et multum extendes, mortis quæ nescia, famam.
Et charæ Patriæ commoda plura feres.

Benevolentia ergo facieb.

GREGORIUS TÛLSNERUS U. J. D. Con-
filiarius Hass. & Profess. Ordinarius.

Was ist der Weg zur edlen Tugend hin /
Zur Ewigkeit / wenn man stets seinen Sinn
Durch Kunst von dem / was sterblich ist / entfernt /
Und fleißig / was Apollo lehret / lernet:
Wer aber sich dem Müßiggang ergiebt /
Und das / was an der Erden klebet / liebt /
Wie sollte der mit Lob und Ehren prangen?
Ein Tügendicht kan keinen Ruhm erlangen.
Minerva steht Menalkas nirgend an;
Sie ziert und krönt nur Fleißhold / ihren Man.
Drum tust du recht / mein Freund von vielen Jahren /
Daß du ganz nichts zuthun hast wollen sparen /
Was Preis erwirbt: Du hast ganz nichts geacht /
Kein Fleiß noch Müh / kein Sizen Tag und Nacht.
Justiniahn / und Baldus / dein Vergnügen /
Die müssen stets für deinen Augen liegen.
So tritt nun auf / und sag mit ihnen an /
Sag uns / was recht und unrecht sey gethan:
Wir rühmen Dich. So kan man Lob erwerben /
So wird man auch nicht / wenn man stirbet / sterben!

Seinem Altbekandten Freunde / setzte dieses
gluckwünschend

GOTHARDVS Hagemeyer.
Effi-

Efficis ut versus, SCHUMACHER, tibia lætos
Incipiat cœptisq̄ tuis applaudat honoris :
Ecquis enim, leges, veram qui Philosophiam *l. i. §. i. D. de l. Gl.*
Evolvis nostram, summo non mactet honore?
Quod quoque publicitus potis es cum laude probare ;
Eubenio primus cum Præsīde solvere causas
Audes FACTORUM celso de ponte cathedræ.
Indole mactæ nova, cunctos impende labores
Libris, sic gemini Juris Legumque peritum
Te Themis, atque Pater Patriæ, qui stemmate natus
Illustri Gvelphis, meritis, CONRADE, tropæis
Ornabunt, & sic nomen tua lausque virebit.

*Hac Præstantissimo DN. RESPONDENTI Commensali
Et amico suo sincero gratulabundus apposuit
ERNESTVS Hattorff.
Osterod.*

Ihr eilet zu der Spitz / da Phöbus bey den neunnen
In großem Zierat sitzt / Ihr wollet dort erscheinen/
Und nehmen an den Kranz / so Euch die Themis windet.
Es ist ein schmaler Weg / den nicht ein ieder findet :
Der größte Hauffe fehlt / daß er ihm bleibt verborgen/
Ihr aber gehet recht / Ihr dürffet nun nicht sorgen
Wo er zu finden sey : Ihr habt es frisch gewaget/
So halb gewonnen heißt / wie uns das Sprichwort saget.
Ich wünsche Glück die Füll / daß alles wol ergehe/
Und Euch durch dieses Thun ein hohes Lob entstehe.
Immittelst denck ich stets / womit ich mög bedienen
Den / dessen Nahme ist schon fanget an zu grünen.

Johann Hattorff.









X 274 7381

W.M.







B.I.G.

Farbkarte #13

JURIDICA

ATIONE
ACTORUM
ORUM,

håstern / 2c.

TE NUMINE
DE

NO, CONSULTISSIMO
NTISSIMO

RICO *Gyben*
SSORE DIGNISSIMO

FAUTORE SUO
ERANDO

dam proponit

RUS *Schuemacher*
SAXO.

VDITORIO

SSORUM
LXXXIV.



7/9

16593

7.

